Reuchlin

1517

Weigel

4/-

N.IV.e
.16

5436(2)

libri tres, *calf.*

6863

IOANNIS
REVCHLIN
PHORCENSIS LL. DOC.
DE ARTE
CABALISTICA
LIBRI TRES LEONI
X. DICATI.



Cum Priuilegio Imperiali.

MAXIMILIANVS diuina fauente clementia EL. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Recognoſcimus per præſentes. Cum THOMAS ANSHELMVS pro comuni ſtudioſorum commodo & utilitate libros Hebræos, Græcos & Latinos, raros & ante hac non editos magna ſolertia, & nõ ſine graui impenſa ubiq; perquirat, ingenioſoq; charactere excudere, & in lucem edere intendat. Nos indemnitati ſuę conſulere cupientes, ne ab aliis huiuſcemodi libri imprimãtur, & ipſe laboribus & commodo debito priuetur, præſentium tenore Statuimus & ordinamus, ne aliquis cuiuſcunq; ſtatus aut conditionis exiſtat per ſacrum Romanum Imperium, huiuſmodi libros per Quinquẽnium proxime futurum imprimere, aut alibi impreſſos adducere & uẽdere audeat. Quod ſi q̃s contrafecerit, pœnam amiſſionis librorum, & quinq; Marcarum auri puri Fiſco noſtro applicandarum ſe nouerit incurſurum. Mandamus iccirco omnibus & ſingulis principibus eccleſiaſticis & ſecularibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Vicedomis, Præfectis, Locũtenentibus, Gubernatoribus, Ancianis, Iudicibus, Conſulibus Comunitatibus, & cæteris quibuſcunq; noſtris & Imperii ſacri officialibus, & ſubditis fidelibus dilectis, cuiuſcunq; gradus, cõditionis, ſeu præeminentiæ fuerint, ut prefatum Anſhelmum huiuſcemodi priuilegio noſtro uti & gaudere permittãt, in eo manuteneant & defendant, & contrafacientes pœnis ſupradictis mulctent, noſtræ parituri uolũtati. Harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri a tergo impreſſione munitarum. Dat. in Terzolas die XXI. Menſis Aprilis. Anno M.D.XVI. Regni noſtri Romani triceſimo primo.

Per Cæſarem.

Ad Mandatum Cæſareæ Maieſtatis in conſilio.

Serntiner ſubſcripſit.

CONTINENTVR HAEC

Animæ aſcenſus in deum per tres regiones & tot ſtatus abſtractionis	iii.M
Adam lumine naturali motus dixit,hoc nunc os ex oſſibus meis	vii.M
Adam alter de terra terrenus,& alter de cœlo cœleſtis	viii.R
Angelorum reuelatione per lignum ſalutis reſtauratio,& ſaluatoris conditio	ix.S
De Adam quomodo intelligendum ſit,ꝙ dicitur etiam dæmones genuiſſe	ix.X
Abraham & Sara ante mutationem nominum fuerunt ſteriles	x.A
Angeli q̃ uarie nobis appareant.	lviii.Q
Artis Cabaliſticæ in ſuas partes diuiſio,& diſtinctorum explanatio	lxiiii.Z
Ad artem Cabaliſticam introitus poſt illa quæ dicuntnr atechna	lxv.C
Byzantium.Conſtantinopolis noua Roma ciuitas una	i.A
Biblia hoc eſt Eſſrim Varba,& thora id eſt lex dei.Et uirtus ſacræ ſcripturæ	xix.H
Concupiſcentia & libidine corrumpuntur deſyderia ſpeculationum.	iiii.Q
Cauſæ rerum quatuor.	iiii.Z
Cabalæ nomen quomodo interpretandum	vi.E
Cabalæ diffinitio.Qui Cabalici, Cabalæi, & Cabaliſtæ.	vi.G.
In Cabalæ nomine imperiti errauerunt.	vii.K
Cabala in tertia regione cognitionum fundatur unde nec ſenſu nec ſyllogiſmo acquiritur.	vii.L
Cabala prima fuit poſt ruinam uniuerſalis ſalutis diuina reuelatio.	vii.M
Cabala prima hoc fuit.Iam ne mittat manum & ſumat de ligno uitæ.	viii.Q
Capita patrum qui fuerint.	xii.N
Cabala quomodo de uno ad alium peruenerit,& ibi nomina Cabaliſtarum.	xii.O
Cabaliſtæ quandoq; inter Thalmudiſtas numerantur & econuerſo.	xiii.P
Cabalæ nomen & Cabaliſtarum quis prior ad latinos tranſtulit.	xiii.Q
Cabaliſtica ſunt ut poma aurea inlecticis argenteis.	xiiii.V
Cabala differt ab arte Cabaliſtica.	xiiii.X
Cabala præcedit artem Cabaliſticam.	xiiii.Y
Cabaliſtæ & Thalmudiſtæ conueniunt in hoc ꝙ duo ſint mundi.	xv.B
Cabaliſtarum & thalmudiſtarum duæ ſunt facultates ex uno fonte manantes	xv.C
Cabaliſta tendit ſuperius.Thalmudiſta manet inferius.	xv.D
Cabaliſtica facultas & Thalmudica communicant uiciſſim doctrinas & ſtudia	xv.E
Cabaliſtæ incumbunt contemplationi,uiri ſpeculationum ex magiſtris legis.	xv.F
Cabaliſtæ ſunt altiore loco & digniore gradu q̃ Thalmudiſtæ.	xv.G
Cabaliſtarum & Thalmudiſtarum expoſitio unius ſcripturæ diuerſa.	xv.H
Cabala nos humi degere non ſinit,& de raptu Cabaliſtarum.	xx.L
Contradictoria coincidere,idemq; ens & non ens.	xxi.Q
Cabaliſta per Cabalam tenebras erumpit,& uerum luminare apprehendit.	xxi.R
Cabaliſta contrahit amiciciam cum angelis,& res mirandas facit.	xxi,S
Cabala quid eſſe intelligatur.	li.E
Contemplatio ſummarum & diuinarum rerum a quo & quouſq;.	lii.H
Ante creationem nihil erat niſi deus,& Tetragrammaton,& ſapientia eius.	liii.K
Contemplatio recta dependet a xxiiii.libris ſacræ ſcripturæ.	lxiii.X
Cabaliſticæ artis tertia pars.	lxxiii.R
Combinatio ſolum tranſmutata in libro Ietzira intenditur.	lxxiiii.A
De cœlorum diuerſitate multiplici.	lxxvi.H
Corpora ſingula proprios habent rectores angelicos.	lxxvi.I
Cabaliſta ille ſtultus eſt qui miracula figuris ſolis aut uocibus attribuit.	lxxviii.M
Deificatio quid ſit?	ii.H
Diuinitatis deſyderium homini eſt naturaliter inſitum,& quomodo expletur.	iii.L
Diuina non ſciuntur demonſtratione.	xxiiii.E

CONTINENTVR HAEC

Defenſio Pythagoræ contra calumniatores. Et quomodo intelligatur. xxxiii.N
De diis & hominibus. xliii.Y
Deus eſt principium unitatis,& ſupra unitatem, & ſupra omne ens. lxv.D
De deo noſſe id quod ipſe nobis reuelauit,ſatis eſſe debet. lxv.E
Deus Tetragrammatus mortuus. lxiii.T
Deus nominatur etiam pluraliter propter plures relationes. lxxvi.E
De dæmoniis nocentibus. lxxvii.K
De dæmonum noxiorum remediis. lxxvii.L
Eloquentia non continetur breuitate ſermonis. vi.H
Epilogus primi libri,& ꝙ diuinæ res humana ratione non diſcernuntur. xxiiii.D
Epilogus dictorum primi libri,& de uero ſaluatore. xxx.L
De Ethica,œconomica,& Politica Pythagoræ. xliiii.B
Epilogus breuis dictorum,& inſinuatio dicendorum. lxi.T
Fœlicitas ſumma & Beatitudo,quid? & quomodo. lii.G
Fratres atrati qui dicuntur,& quibus coloribus ueſtiuntur. xiii.R
Francofordienſe emporium Germanorum. i.C
Gradus decem per quos ad rerum cognitionem aſcendimus. iii.O
Hebræi magis quærunt ueritatem loquendi q̃ dicendi ornatum. vi.I
Hebræi perſecutionem patiuntur propter falſam interpretationem. vii.O
De humanæ ſalutis,& perditionis uario ſtatu. xxxii.M
Iudæi pulſi ex Hiſpania,& quo tempore,& quo diuerterint. i.E
Inferiora omnia tendunt ad perfectionem ſuperiorem. ii.G
Iehoachin idem eſt qui & Iechoniah literis tranſmutatis. xii.M
De inferorum duplici tartaro. xvi.N
Inferiora qualiter communicant cum ſuperioribus,& econuerſo. xx.O
De Iobeleo ſuperiori. li.D
Iudæorum orationes quare non exaudiuntur. lxxviii.O
Libri ualde multi,qui & qua cauſa perierunt. xiii.S
Quibus libris Cabalæ autor in conſcribendis uoluminibus his ſit uſus. xiii.T
Lapſus primi reconciliatio fit per nouam deſponſationem populi cum deo. xix.D
Legi parendum eſt. xxi.T
Lex primo in igne uiſa,tum in tabulis ſcripta,demum ore expoſita. lxiii.Y
Literarum diſtinctio,& uirtus multiplex. lxix.H
De literarum grammatica expoſitione. lxix.I
De literarum arithmetica expoſitione. lxix.K
De literis diſciplinaribus ad uerba magiſtrorum referendis. Et literis phyſicis creatio-
nem rerum ſignificantibus. lxx.M
De literarum accidentali relatione,ac Notariacon ſpeciebus tribus. lxxii.O
De literarum alphabeticaria commutatione ac combinatione. Et ꝙ oportet Cabali-
ſtam fortiter credere. lxxii.P
Marranus quis dicatur,& unde. i.B
In Mercaua tres patres,Abraham ſuperior,Iſhac inferior,Iacob medius. iii.N
Mens hominis quid & qualiter. iii.P
In Mathematicis circa multa ueteres erraſſe. iiii.V
Mercaua quid ſit? v.C
In Moria Abrahæ demonſtrata primum altare conſtruxit Adam.Super quo & ipſe ob-
tulit,& Cain & Abel,& Nohe & eius filii. x.B
De Meſſiha quid contingat in poſtremis dierum. xi.D
Meſſihæ uocabulum eſt Silo. xi.E
Mitte me,id eſt שלחני Eſt nomen Meſſihæ. xi.H

¶ CONTINENTVR HAEC

Meſſiha eſt lux dei. xi.I
Meſſiha eſt princeps pacis. xii.L
De mundis duobus a deo creatis. xvi.I
Meſſiha reducet hominem in paradiſum non terreſtrem ſed cœleſtem. xvii.O
Meſſihæ ſatiſfactio pro reatu generis humani. xvii.Q
Meſſiha honores & magiſtratus huius ſeculi contemnet,& ſolam uirtutem habebit in precio. xvii.R
Meſſihæ uita & mors,ac eius operatio & effectus. xvii.S
Meſſiha eſt uirtus ac poteſtas dei. xviii.V
Meſſiha utetur rebus ſeptem ad benefaciendũ bonis,& deſtruendũ malignos xviii.X
De Meſſihæ noua doctrina,& quæ ſit lex Meſſihæ. xviii.Y
Meſſiha eſt exemplum uitæ omnium liberandorum tendentis ad ſalutem æternam. Et omnia per Meſſiham perficientur. xviii.Z
De Meſſihæ multis nominibus. xix.B
Quod Meſſihæ ſit proprium nomen, xix.C
Meſſiham uocari nomine cõpoſito ex literis ſolũ miſericordiam ſignificãtibus xix.E
Vt Meſſiham aſſequamur omni noſtro conatu. xix.G
Per Meſſiham tranſimus in deum. xx.I
Mundi generaliſſimi ſunt tres. xx.M
Meſſihæ anima eſt omnium uitarum ideata idea. xx.N
De mundo corporeo & ſenſibili,& eius principiis. xlii.X
De Mathematica Pythagoræ. xliiii.A
Meſſiha eſt lux dei mediante qua deus cognoſcitur. liiii.L
Natura quid ſit? iiii.S
De natura & rerum naturalium ſcientiis ac artibus. iiii.R
Naturalia ſcire difficile,& quare. iiii.T
Naturalium rerum principia. iiii.X
Nomina patribus ſunt ab euentis indita. x.Z
De numero denario & tetracty. xxxviii.T
Numerus ſeptimus,ſterilis,Minerua dicitur. li.B
Numerationes Cabaliſticæ decem quæ dicuntur Sephiroth lxi.V
De nomine Tetragrammato,& aliis nominibus ſecundũ primã partem Cabalæ lxv.F
De nomine xlii.literarum lxxiii.S
Nomen xlii.literarum nulli niſi digno exponitur,& quomodo. lxxiiii.V
Nominis xlii.literarum compoſitio & expoſitio. lxxiiii.X
Nomina barbara ſunt honoranda in ſacris. lxxiiii.Y
Noĩa principalia quomodo deũ repreſentãt.Et xlii.literarũ ſignificat creatorẽ lxxv.B
De nomine diuino xii.literarum, lxxv.C
Nomina ſacra ex Tetragrammato uirtutem ducunt. lxxvi.D
Q: nomen ſacrum Iah communicat tribus diuinis nominibus. lxxvi.F
Nomina ſecundaria minori ordine reputantur. lxxvi.G
Opus de Breſith eſt aurum bonum,ſed opus de Mercaua eſt aurum optimum xiiii.Z
Opus de Breſith eſt ſapientia naturalis,& opus de Mercaua eſt diuina. xiiii.A
Pythagoreus quomodo quis facile fiat. i.D
Prædicamenta decem,& prædicabilia quæ dicuntur quinq; uoces. iiii.Y
Prophetarum uniuerſitas ſecuta eſt Cabalam Iacob,& patriarcharum ante ſe. xi.F
Prophetæ ualde lætati ſunt in ſchola ſpiritus ſancti ſuper Meſſiha. xi.G
Paradiſus duplex. xvi.M
Perſonarum in diuinis emanatio. xxi.P
Pythagoras philoſophiæ pater fuit Cabaliſta. xxii.A

¶ CONTINENTVR HAEC

Pythagoreorum & Cabaliſtarum ſimilis doctrina. xxiii.B
Philoſophia ex barbaris orta eſt. xxiii.C
Pythagoricus diſcipulus interrogaturus ſileat,interrogat⁹ reſpõdeat ipſe dixit. xxvii.G
Pythagorica ex hebræorum Cabala,& de tribus mundis,eorumq; ſpiritibus. xxvii.H
De principiis rerum ſecundum pythagoram. xxviii.I
Contra Pythagoræ detractores. xxxvi.P
De Pythagoræ uictu & eſu. xxxvii.Q
Philoſophia Pythagoræ eſt myſtica & ſymbolica. xxxvii.R
De Pyramide qua creatum eſt uniuerſum.Et de proprietatibus medii mundi. xl.V
De phyſica Pythagoræ. xliii.Z
De philoſophia tota Pythagoræ & ſymbolis eius. xliiii.C
Pythagoreus eſt qui omnia formalia intellectualiter intelligit. xlviii.D
Proteſtatio dictorum & dicendorum. lii.F
Pronunciatio nominum lxxii. angelorũ & eorum in nouem choros diſtributio lviii.R
Quinquaginta portæ intelligentiæ,& ſecretum magni Iobelei ,& milleſimæ generatio nis,& regni omnium ſeculorum. lii.I
Redemptionem Meſſihæ intelligunt Thalmudiſtæ corporaliter, & Cabaliſtæ ſpiritua liter,ita de eorum captiuitate. xvii.P
In reuelationem reſtaurationis omnis Cabala refertur. ix.T
De reſurrectione mortuorum & regeneratione. xxxvi.O
Rex in Syria intelligitur eſſe Meſſiha. lxxiiii.Z
Symbolica theologia nihil animorum ſaluti commodius. ii.F
De ſyllogiſmis & demonſtrationibus. v.A
Scientia ſuperior credit decretis ſcientiæ inferioris. vi.F
Sin litera Cabaliſtice ſignificat in miſerationibus. x.Y
Sin litera per Notariacon ſignificat unctionem. xi.C
Salomonem Cabaliſtæ alium intelligunt q̃ filium Bathſaba,aliud quoq; templũ xii.K
Salus noſtra conſiſtit in cognitione Meſſihæ. xviii.T
Salus homini de ſola dei miſericordia contingit. xix.F
Sacra ſcriptura nos deo coniungit. xx.K
Syllogiſmi q̃uis in cæteris artibus ualere putentur,tamen fruſtra in theologicis afferun tur,quia non urgent. xxvi.F
De ſalute ac ſaluatore. xxx.K
De ſymbolo primo principiorum uniuerſi. xxxviii.S
Sabbathizare quid ſit ſecundum pythagoricos. li.A
De ſabbatho & eius obſeruatione. li.C
Semitæ ſapientiæ triginta duæ admirabiles & occultæ. liiii.M
Septuaginta duo ſancta nomina Semhamaphores & lxx. præſides terrarum angeli,& quomodo loquantur audiant & inuocentur. lv.N
Septuagintaduo uerſus contemplandi hebraice & latine expoſiti. lix.S
Sacram ſcripturam quomodo exponimus cabaliſtice.Et ꝙ multum nos decipiat falſa interpretatio. lxiiii.A
De ſigillis, characteribus, & uocibus. lxxviii.N
Tiphæreth quid ſit,& homo quare ſic eſt conſtitutus ii.I
Theologica quæ ſint,& q̃ profunda difficiliaq; ac quibus de cauſis. v.B
Theologi ueri non ſunt uitiis & criminibus publicis inquinati. v.D
Tranſgreſſio prima diuinæ legis polluit poſteritatem. viii.P

¶ RELIQVA LEGENDO INVENIES.

¶ SANCTISSIMO, LEONI DECIMO PONTIFICI MAXIMO IOHANNES Reuchlin ſe ſupplex commendat.

ITALICA PHILOSOPHIA BEATISSIME LEO DECIME religionis chriſtianę Pontifex Maxime à Pythagora eius nominis parente primo, ad ſummos hoīes excellentibus ingeniis præditos olim delata, perq̃plurimis annis ingenti latratu ſophiſtarum occiderat, tam diu tenebris & denſa nocte ſepulta, q̊uſq; deū fauore Sol oīs generis optimorū ſtudiorum clariſſimus Laurentius Medices pater tuus, Magni Coſmi propago Florentinæ ciuitatis princeps exorireť. Quē &ſi nouimus animo & ſcientia gubernādi Rempub. & domi belliq; oīa conſilio ac prudentia gerendi, tam fuiſſe cōpotem ut nemo ætate ſua in ciuili exercitatione uidereť magis laudādus, tñ ad hoc nobis eū fateri oportet commodius natū eſſe pinde atq; cœlitus demiſſum, ut poſt eloquentię diſciplinas & bñdicendi artes a Petrarchis, Philelphis, Aretiniſq; rhetoribus ante iuuētuti Florētinę traditas q̊ eſſe abſq; cōtrouerſia poſſent ciues cunctis nationibus exteris nitidiore ſcribendi calamo & puritate linguę ornatiores, ipſe tandē patrię inferret q̊q; illā expultricē uitiorū ſapientiā & arcanorū inueſtigandi rationē q̄ in libris & monumentis priſcorū ad ſua uſq; tempora latuiſſent. Ad id prouinciæ diligēter acciuit undequaq; doctiſſimos & ueterū autorū peritiſſimos uiros qbus cū rerū ſciētia etiā ſatis eſſet eloquētiæ, Demetriū Chalcondylen, Marſiliū Ficinū, Georgiū Veſpuciū, Chriſtophorū Landinū, Valorē, Angelū Politianum, Ioannē Picum Mirandulę comitē, cæteroſq; orbis eruditiſſimos qbus antiq̊rum ſolertia & arcana uetuſtas malignitate caſuū obliterata in lucē rediret. Hoc egere ſummi uiri certatim. Nā docuit hic, cōmentabať alter, legerat iſte, interpretatus eſt ille, ac linguas uertit in linguas. Marſilius Græciā duxit in Latium, Romanos in Gręciā Politianus reduxit. Inſtabant omnes operi, nemo non ſummas Medicibus laudes afferens. Hos in heroas Beatiſs. LEO tuus natalis uirgula, ut aiunt, diuina fœliciter cecidit, Diis gratia, certe ut non reſtaret ullum elegantioris doctrinæ genus in q̊ tu non euaſeris peritior, adeo quidem puer amplexus politiſſimi ſuauitatē Politiani. Quid multis? Florentia illo æuo nihil erat floridius. In qua renaſcerentur optimarum artium quæ ante cecidere omnia, nihil remanſit intactum de linguis & literis quo non exercerentur nobiliſſimi Florentini. Ea fama ego tum quidem uehementer mouebar tactus eius loci cupiditate, ac non ſolum magnificentiſſimi & inſueti nobis Hercyniis ædificii auitæ domus tuæ, quam Magni Coſmi nominarunt, uerum etiam parentis tui deſyderio uiſendi, unde noſtro ſeculo tanta commoda prodiiſſent.

¶ DE ARTE CABALISTICA.

Igitur in Italiã profectus cũ illuſtri Eberhardo Probo Sueuorũ noſtra ęta
te primo Duce, cui a Secretis fiebã, intraui Florẽtiã circiter xii. Kal. Apriles
Anno Chriſti M.cccc.lxxxii. Cũqꝫ inſignẽ Medicę gentis nobilitatẽ ei [illegible]ci
cõmendaſſem ut pro rei ueritate profecto debui, optabat cum eo ſibi ui
ro colloquiũ habere. Quod ubi aĩaduertiſſet neſcio q̊ reuelãte Laurẽti⁹,
apꝑhendit peregrini dexterã perq̃humaniter, oẽſqꝫ nos domũ ſuã duxit,
ſingula uiſu digna oſtendens. Primo, faberrima eq̊rũ ſtabula, deinde arma
mẽtariũ om̃i apparatu bellico refertũ, poſt itẽ ſingulos thalamos ꝑtioſiſſi
mis aulęis ornatos pulchroſqꝫ tapetas, & ĩ excelſo culminis tecto arborib⁹
cõſitũ nemus, heſperidũ hortos ac aurea mala, cuius bibliothecã cũ in cœ
los uſqꝫ uerbis extollerẽ, ꝑhumaniter ut ſolebat uir ſuauiſſim⁹ reſpõdit ma
iorẽ ſibi theſaurũ in liberis eſſe q̃ in libris. Quęſo te Papa ſanctiſſime, ſinas
me loq tecũ aliq̃to liberius infimatẽ de media plebe hoĩem, Q̃ꝫta putas me
tũ captũ admiratione cũ q̊dã inſigni gaudio qñ uniuerſis applaudẽtibus au
diuiſſem ad ſumma te rerũ faſtigia cõſcẽdiſſe optimũ optimi ſapiẽtiſſimiqꝫ
principis diui Laurẽtii Medicis filiũ, recordabar ſubito tanq̃ hierophãtes
aliqs paternũ illud uaticiniũ ueræ prophetiæ par. Quid hac ex Laurentio
laurea fruticari queat, nõ modo laurẽtib⁹ populis ſed etiã toti orbi ꝑcioſi⁹,
qs maior excogitari theſaur⁹ poſſit q̃ ſit illud tuũ ĩeffabile regnũ, vñ nobis
oẽs diuitię tãq̃ ex Pactoli abyſſo fluũt, oẽs gratię, oẽs optimarũ literarũ or
natus, & om̃e q̊d eſt in humanis bonũ. Semina iecit pater uniuerſæ ueteris
philoſophię, q̃ nũc te filio in culmos ſurgũt, ut te regnãte nobis ſpicas illius
metere liceat in oĩb⁹ linguis, gręca, latina, hebręa, arabica, chaldaica & chal
diaca, qb⁹ hoc tꝑe libri tuę Maieſtati offerũt, & uberius oĩa ꝑficiũt ſub tuã
ditiõe q̃ ſũt a parẽte tuo prudẽtiſſime ĩchoata. Quare cogitãs ſola ſtudioſis
Pythagorica defuiſſe, q̃ tñ ſparſim ĩ academia laurẽtiana deliteſcũt, credidi
haud ĩgratũ tibi futurũ ſi & ea foro afferrẽ q̃ Pythagoras nobileſqꝫ Pytha
gorei ſenſiſſe dicũt, ut tuo fœlici numĩe legerẽt latinis hacten⁹ ignota. Italię
Marſili⁹ Platonẽ edidit, Galliis Ariſtotelẽ Ia. Faber Stapulẽſis reſtaurauit,
Implebo numerꝶ & Capnion ego germanis ꝑ me renaſcẽtẽ Pythagorã tuo
noĩ dicatũ exhibebo. Id tñ abſqꝫ hebręorũ Cabala fieri nõ potuit, eo ꝙ Py
thagorę philoſophia de Cabalæorũ ꝓceptis initia duxit, q̃ patrũ memoriã
diſcedens e magna Gręcia rurſus in Cabaliſtarũ uolumĩa incubuit. Eruẽda
igiť ĩde fuerãt fere oĩa. Quare de arte Cabaliſtica q̃ ſymbolica philoſophia
eſt ſcripſi, ut Pythagoreorũ dogmata ſtudioſis fierent notiora. In qbus oĩ
bus nihil affirmo, Tm̃ utut opinãť infideles recito, q Simonẽ Iudęũ Cabalę
peritũ audituri Francofordiæ in unã cauponam e diuerſo itinere conueni
unt Philolaus iunior Pythagoreus, & Marranus Mahometiſta. Iam uero
reiectis ĩ diuerſorio ſarcinulis ꝑegrini famẽ pellere cupiẽtes horrẽt cõuiua
rũ tumultuantẽ gregẽ, at illis poſt ſympoſia tabernã deſerẽtibus ita cœpit

MARRANVS. Temperaui à multis mihi uerbis in tanto murmure coepulonum indigenarum, qui nimium poti à prandio nunc abeunt, ueritus ne male audiſſem ſi quouis ſermone aduena ego fremitus intercalaſſem eorum quos exitioſa temulentia onuſtos nouerim. Poſt uero q̃ hinc illis profectis, ſoli nos in iſto pridem diuerſorio conuenimus, ambo, ut eſt uidere, peregrini, & haud parum ab itinere feſſi, iubeas oro cauponi, ſi tua mecum ſtat ſententia, ut ſecundæ menſæ ferantur & bellaria minime Sybaritica, quãdo liberiore geſtu cõuiuere licet & colloqui. At ecce ſtructores accedunt neſcio quæ promentes tragemata cum nucibus & caſeo utinam bithynio & cratere incertum zythico an uinario, quanquã nobis omnium nihil monentibus. Tum PHILOLAVS haud mediocri dexteritate ait, cauponariam agit hic inſtitor, ut qui nummis ubiq; locet pedicas, etiam hoſpitibus addat aurita miniſteria, quo plus uini obliguri re geſtientibus uendat, mox enim atq; de bellariis ſermo excidit, fercula prꝰſto ſunt. Nunc ſane inter honeſta pocula opto nobis laxiora ſodalitia fore. Nam utriq; me conſule uultus, mi conuiua, capiendus eſt nouus & laſſatis membris curanda requies. Potiſſimum uero mihi poſt longam nimis & ſcabram uiam, duroſq; calles, quos hucuſq; ſum emenſus. Quid tibi ſit integrum ignoro, cum de tua peregrinatione nondum factus ſim certior, q̃ longinque, aut quis tu, aut undenam ueneris? E Byzantio, inq̃t ille, Conſtantini urbe, quam multi Nouam Romam appellant, ſum enim patria Byzantianus, ſtudio uarius, ſiue græce uelis, aut hebraice, ſeu ma- A
gis latine, Arabum tamen doctrinam plus callens, & niſi moleſtum eſt, tu uiciſſim indicare ne recuſes qui uir ipſe ſis. Philolaũ me nominant, inq̃t iſte, Alanũ natione, diſciplina Pythagoreum, & fortaſſe haud abſimilem tui linguacem, ſed quod tibi erit uocabulum quæſo? Cõſtantinupolitani Marranum me uocãt, ait ille, nomen à Cherintho & Ebione, ſcholaſticis B
notum, q; & aqua tinctus & recutitus apella, utrinq; alioqui tam Moyſi legibus q̃ Chriſtianorum doctrina ſum initiatus, ſcholaſticos memoras audio Philolaus ad hęc. Id rogo aũt ſunt ne humanitatis ſcholæ Conſtantinupoli modo, inter iſtos maxime omnium crudeles & truculentiſſimos Thurcos? Plurimæ, inquit ille, quibus ſe excellentiſſimis ingeniis homines dediderunt. Eſt enim plus illic diſcipulorum q̃ decem millium, è Perſia Græcia Latio, & Iudaiſmo in unis mœniis, inter q̊s cũ iam annis duo de uiginti multarum artium auditor fuerim, libuit tãdem expaciari alio, ſi forte uel trans alpes inuenirem ſtudio ſapientiæ præditos, qui de maximis quæſtionibus copioſe queant probabiliterq; diſſertare. Tum cuiatis philoſophiæ? petebat Philolaus, & Marranus, Cuiuſuis retulit, cum ſim nullis ipſe unius diſciplinę legibus aſtrictus, quo minus ne ſecta quidem fidei libere quicq̃d ſenſero defendere prohibeor. Certe par habes mecũ

Philolaus inquit ut uideo explorandi deſyderium. Nam ad Germanorū
C nobile hoc emporium Francofordienſe migrantibus è Thracia merca-
toribus comitem me iunxi, ꝙ acceperim hic eſſe Iudæum magnæ iſt ope
ra Cabaliſtica famæ, ac ingentis exiſtimationis, quæ una facultas (ut ſępe
audiui doctiſſimos homines ſuaui ocio & conſiliis uberrimis affluen-
tes me præſente arbitrari) præ cæteris eſſe queat philoſophiæ Pythago
ricæ cognatior tanquam nihil ſimilius. Nam eſſe Pythagoram omnia fer
me dogmata iſtinc expiſcatum aiunt. Iudæo illi Simon eſſe nomen perhi
bēt Eleazari filio ex antiqua Iochaicorum proſapia, quem nunc remotis
menſis adoriri ſtat ſententia. Ego uero, inquit Marranus, ſi per te licet te
cum ipſe uirum accedam, tametſi Pythagorica parum edoctus, ſemꝑ eñ
mihi Arabes magis uenerationi fuere Algazel Alpharabius, Abucaten,
Hali, Abumaron, Abenſina, quē ſi latini Auicennam & Abenruſt quem
Auerroem uocant, & reliqui conſimiles peripatetici. Quanquam nemini
unquam mea ætate negatum fuit Conſtantinupoli qualemcunqꝫ ſingula
rum prope linguarum atqꝫ ſectarum philoſophiam cōſequi maxime diſ
ſimilium gentium præceptoribus in dies publice docentibus, Tum Phi-
D lolaus, Confide, nam facile, inquit, Pythagoreus fit is qui & libenter uer-
bo credit, & pro tēpore tacere poteſt, & omnia præcepta intellectualiter
intelligit, At ille, aſtabo ſaltem ubi patieris tanquam Pythagoreus aliqs
& audiam qua de re ſermo inter uos fiat. Itaqꝫ inenarrabili gaudio deli-
butum me reddes cum per magni æſtimauero in conuerſatione ſapientū
fuiſſe. Et Alanus, Veniamꝰ ait, nam in pomario domi eius in qua habitat
deambulare nūc ſolus dicitur, ac certe hic loci eſt, & oſtium patet. Cernis
ne iſtum ex horto nos uerſus incedentem, Age maturius ingrediamur,
Salue magiſter. Cui Simon de more gentis, Dominus uobiſcū. Tu ne Si-
mon ille Iudęus? rogāt aduenæ, Tum is, Vtrūqꝫ, nam & Iudęus ſum & Si
mon. Quæ aūt noīa ueſtri amborum accipiā? quo rectius uos alloquar.
Vterqꝫ ad id. Ego Philolaus, & ego Marranus reſponderūt, ac diuerſis
itineribus alter alterius neſciens, poſt longā peregrinationē huc tandē nō
uenimus, q̊s non hoc emporiū tam late īminens tanto cōmeatu prope t[illegible]ti
Europæ decantatū, ac tot & tam ꝓcioſis mercibus illuſtres nundinæ, tam
diuerſarū gentiū confluxu ſpecioſę ad ſui contemplationem traxerūt, ſed
unius tui fama ꝑduxit ea cupiditate, ut nobis de omni Cabaliſtica ratione
magnoꝑe ut doctis uiſum eſt & colenda & expetenda, nobiles illas & tam
in Scythia q̄ in Thracia cōmendatas ingenti laude cogitationes tuas bre
uiter & cōmode aperires. Ad hęc. Eſt ne Simon, inqt, memoria noſtri etiā
apud Scythas & Thracas gentē tam longinquā. Eſt profecto, ait, uterqꝫ
E multo maxima, Nam abhinc ante trienniū circiter quatuor luſtra qñ tꝑe
illo ſupputabant ueſtri a mundi exordio poſt quintum millenariū annos
ducentos octo & triginta pulſi ex Hiſpania Iudæorum centena quatuor

& uigĩti millia,indeq; diſcrimihatim illorum maxima pars ad loca noſtra
exules profecti,Multam in te homine ſibi ut affirmant perq̃notiſſimo ar
tium diſciplinam,multas literas,incredibile ingenii acumẽ,& philoſophi
ci ſermonis expeditam integritatẽ, p̃ſertim quoq; Cabaliſticæ ſpeculatio
nis diuinam peritiã,& uniuerſis auditoribus admirabilẽ ineſſe p̃dicant,
ita ut in oĩm oculis diſcendi cupidorum ultra Sauromatas & glacialẽ ful/
geas Oceanum.Sup̱ quo ſuſcepit ille.Tanta de me ueſtra exiſtimatio uiri
Pythagorei,non mediocrem ruborẽ mihi affert,qui uereor ne ſi iudiciũ
hoc ueſtrũ ex populari rumuſculo conceptũ fruſtrer aut fallam,q̃tumuis
id contingat fragilitate mea,ipſe uidear in tam diuinũ Cabalę ſtudiũ pro
pe mea ignauia dolendã iniuriã cõmiſiſſe,quo plane quicq̃d in me langui
dum,fractum & imp̱fectum dep̄henderitis,id in huius ſapientię quã deſy
deratis quandã uergat ignominiã,quaſi opificis defectus tendere debeat
in artis indignitatem,id q̊d minime omnium uelim.Nam ego ipſe q̃tuluſ
cunq; ſim qui ſcio q̃ ſim exiguus aut mecũ cæteri Cabaliſtę oẽs quicq̃d ue
ro eſſe putentur, laudati ſi uultis an deſpecti mitto dicere,tñ hac cõtem/
plandi arte nihil eſt hoĩm generi uſquã qui humi degũt,& præ aliis egre F
gie pollent ingenio ac mente florent,à deo collatum expetibilius,nihil ad
ſalutẽ animorũ cõmodius,nihil ad immortalitatẽ cõſequendã aptius,quo
congruẽter naturę mens humana propinquus ad deificationẽ aſcẽdat,hoc
eſt ad beatitudinis ſummũ,q̊d telos gręci dicũt,ſiue id uobis extremũ aut
ultimũ uocare placuerit ſeu finẽ,unde cõtingat,nihilo indigẽtes,abſolu/
te,ſemp̱ abſq; impedimẽto fortunate,tranq̃lle,fœliciter uiuere,cũ artifici
oſe admodũ p̱ quędã ſymbola terrenis oĩbus reiectis,ſemotaq; rerũ mate
ria,formã ẽ forma decerpſerimus,q̊uſq; ad primã oĩformẽ & informem
aſcẽderim⁹ formã.De q̊ intelligũt Cabaliſtę diuinũ geneſeos hũc iuſſum,
producat terra aĩam uiuentẽ ad ſpeciẽ ſuã,ſcilicet ad diuinã Ideã,q̃ & ipſa
eſt terra uiuẽtiũ in uirtute dei uiui eã uitã influẽtis p̱ nomẽ Adonai,ut cog
noſcatis,autore Ioſue,q̄ deus uiuus intra uos eſt,& diſperdet in cõſpectu
ueſtro cõtrarias fortitudines.Hęc in libri שער אורה.i.Porta lucis
inſcripti cap.ii.legunt̃.Quo fit ut oĩa uitã habẽtia ſuo inſtinctu ſurſum ten
dãt,& oĩa uitã influẽtia uergãt deorſum.Cũ.n.in iſto mũdo ſenſibili q̃cq̃d
elementis quatuor cõſtat מורכב.i.miſtũ,id oẽ aut aĩa careat diuerſi et
uagi mot⁹ effectrice,ceu iacẽs ĩmobiliter & q̃eſcẽs ut lapis & ferrũ,aut ue
getet & creſcat ut plãta & herba,aut multifariã dimoueat̃, progrediat̃ &
tm̃ uiuat ut aĩantia bruta & cõchæ,aut etiã rõnaliter loquat̃ ut hõ,q̃ ſolẽt
adoleſcẽtes nr̃i de libro רוח חן.i.ſpũs grę ſic hebraice noĩanda diſce G
re הדומם הצומח החי והמדבר.i.Iacens, pullulans,ui/
uens,& loquens,nihil profecto eorum eſt q̊d intentum cœlo ſe nõ modo
q̊dã arrigat q̃ſi eo cõſpectu quẽdam ſibi uirtutis ſuę uſum gliſcens, & mo
res fingẽs,ut altiſſimos terrę mõtes cœlũ uerſ⁹,ab imis uallibus exurgere

cernim⁹,iuxta Pſaltę carmẽ.Aſcẽdũt mõtes & deſcẽdũt cãpi,ut exprimur
in altum procellas maris erigi,ut aſcendit mare fluctuans in Ezechiele,
ut flatus aeris è cauernis exuperare ſentimus.Nam & naturæ dominus in
illo eodem propheta erumpere facit ſpiritum tempeſtatum,ut deniq; oĩa
ignea leuari uidemus.Aſcendit enim ignis de petra in Iudicũ uolumine.
Ita uiri præſtantes quæ ueſtra ingenii uis eſt,intelligitis quadam neceſſita
te coactos fateri nos quanto quæq; res nobiliore natura extat,tanto eam
adeptione ſublimiori gaudere ,ceu granum frumenti iactatum in terram
q̊d non quieſcit donec glebæ uiſcera frãgat,& extra telluris meatus ſuſpi
ciat & cœleſti aura fruatur.Eadem eſt ratio in metallicis quoq; cum id q̊d
generoſius eſt in altiores ſpiritus ebullit ab alkimia ſublimatum;ut purio
ra ſemper ea uideantur quę ſunt ſublimiora.Sic quæ apud inferos eſſe di
cuntur lurida & ſqualentia,ſordibuſq; depreſſa iudicamus,quæ apud ſu-
peros cãdida & illuſtria incredibiliq; decore ornata miramur,& p̃conio
laudum proſequimur.Quanto magis oĩm opinione cum ſolers natura re
bus iacentibus,uegetantibus,ſpirantibus ingenia talia ingignat ut altiora
petant, profecto non uidetur ea hoĩem neglexiſſe omnium animantiũ do
minatorem,animal decorum & uenerandum,animal nobiliſſimum, cæte
ris præfectum,non modo prudens & ſapiens, uerum & contemplatiuũ
& religionis capax,quin melioribus & ſanctioribus ipſum dotibus orna
uerit,& p̃ſertim id generis donauerit conditione,ut ex inſito ſibi naturæ
deſyderio quibuſcunq; poſſit uiribus ad ſumma & optima tendat. Ho-
minem enim melior natura deus ut extat ſacratiſſima hiſtoria ex duobus
compoſuit limo terræ & ſpiraculo uitæ,ut limo indutus corporea prudẽ
ter curet,& ſpiraculo uitæ p̃ditus,ſapienter amet diuina,producatq; ter-
ra animam uiuentem ad ſpeciem ſuam atq; propriam,uidelicet illam pe-
culiarem Ideam,non brutorum.non plantarum,non lapidum aut ligno-
rum,ſed ab ore dei natam,& in faciem eius diuino ſpiritu afflatam mentis
ſuæ ipſam illuminationem.Hęc illa eſt quę paulo ante a nobis uocabatur
H deificatio, cum ab obiecto præſente per medium ſuum exterior ſenſus
tranſit in ſenſionem interiorem, & illa in imaginationem, & imaginatio
in exiſtimationem,& exiſtimatio in rationem,& ratio in intellectum,& in
tellectus in mentem,& mens in lucem,quæ illuminat hominem,& illumi
natum in ſe corripit.Hinc recte acceptum eſſe apparet q; Cabaliſtæ in ar
I bore decem numerationum Thiphereth μικρόκοσμον in medio Sephiroth
ponendum cenſuerũt,magnum illum Adam quaſi lignum uitæ in medio
Idealis paradiſi,aut quaſi lineam rectam,ut aiunt,mediam.Fecit enim de-
us hominem rectum Eccleſiaſti regio tam ad ſupera q̃ ad infera flexibi-
lem,ut per Empedoclis litem & amicitiam in numerationibus illis ſubter
notatam quæ deſignantur per נצח והוד humana ſe cogitatione
agnoſcat elementorum & mundani huius regni eſſe participem.Timo-

re autem dei & ſanctificatione per פחד וחסד quæ ſupra eum
expandũtur, trium ſimpliciſſimæ deitatis notionum כתר חכמה
בינה pro ſuo captu apprehẽſiuum. Igitur ad id natus eſt homo, & ad
hoc eum natura finxit atq; formauit, ut & pedibus cum beſtiis ambulet
in terra, & ſolus ex omnibus animãtibus erecto capite cum angelis in cœ
lo cõuerſetur. Manus autem utraſq; inter pedes & caput locatas, tum ad
uictum neceſſarium laborãdo figat in tellurem, tum ad uitam æthernam
contemplãdo leuet in cœlum, ad quarum tutelam oculorum orbes ſoli
ex omnium ſenſuum inſtrumentis homini motabiles inditi ſunt, ut in ter
ram pro corporis, & in cœlum pro animi conſpiciãt ſalute. Talis eſt apti
tudo atq; uis hominis, hæc facultas, hæc potentia, quam non implantaue
rit utiq; ſiue deus ſeu natura, niſi facultas in uſum, & potentia quandoq;
redigeretur in actum, præſertim in homine induſtrio & ad id ſe præpa- L
rante. Si enim captus ille diuinitatis non eſſet homini poſſibilis, fruſtra de
ſyderiũ eius natura ingenuiſſet, homo nanq; agilis & idoneus haud unq̃
corporeorum ſenſu & rudi cœmẽtorum tactu ſatiatur, quin & omni co
gitatione ad ſeparatorum puritatem & altiſſimarum rerum cognitionem
prouehatur. Ea eſt plane cunctorum ſtudioſorum irrequietudo, quibus
& uehemẽs animi applicatio per morales, naturales & mathematicas ue
ritates, ad ſupernaturalium diſpoſitionem agnaſcitur, & tandem ad pri-
mam entitatem fidelis aſcenſus indulgetur. Verbi cauſa. Luculentiſſimũ
procul ignẽ exardeſcere uidetis, intenditur forma eius per illuſtre mediũ
quod græci appellant diaphanon, uſq; ad oculum corporeum. Expectat
intra ſpiritualis uiſio & obiectæ rei propriæ formã ſuã eſſe percipit, qua
re ipſam ceu affinem ac propinquam libenter hoſpitio ſuſcipit, & per me
dium apparentiæ quæ a uobis dicitur græce phantaſia, ſpiritualiter iudi
cio ſenſitiuo ac brutali offert, quam quidem effigiem rurſus ad iudicium
humanum ſuperne producit, & paulo ſuperius totum illud ad ipſam rati
onem promouet, tum ea tandem poſt agilem diſcurſum, ita ſublimatam
& cribratam corporalis ignis abſtractionem tranſfert ad intellectum. In M
iſto igitur aſcenſu tres inueniuntur regiones, & in ſingulis unus abſtracti
onis ſtatus. In prima regione obiectum, diaphanon, ſenſus exterior, & ibi
ſtatur. In ſecunda interior ſenſus, phantaſia, iudicium brutum, & ſecundo
ſtatur. In tertia, iudicium humanum, ratio, intellectus, & tertio ſtatur. Ho
rum oĩm domina mẽs, recepto lumine ſuꝑiori, hoĩs intellectũ illuſtrat &
perficit. Ec quid aliud opinabimur Cabaliſtas, de Sechel, Sandalphon, &
Mettattron docuiſſe? Status aũt quilibet duplicẽ habet differẽtiam. In pri
mo em̃ ceſſat corpus, & incipit aĩa, vñ noĩatur aĩal. In ſecundo, ceſſat aĩa,
& incipit ratio, unde nominatur homo. In tertio, ceſſat intellectiua poten
tia, & incipit mens, q̃ ſola ſine controuerſia deforis aduenit, unde noĩatur

Deus,iuxta oraculum,Ego dixi dii eſtis.Statuũ itaqꝫ nomina ſunt ſenſus,
N iudicium & intellectus.Interuallorum aũt media,ipſas ſpecies deferentia
ſunt diaphanon,phantaſia & ratio,cui rei haud abſimile proferũt in Mer
caua Cabaliſtæ tres patres,qui ſunt Abraham ſuperior,Iſhac inferior,Ia
cob medius.Cum igitur trium regionum duo interualla ſenſus & iudiciũ
duplicantur ſecundum inferius & ſuperius,& utraqꝫ ad binos reducũtur
terminos,reſtãt decem ſcalæ gradus per quos ad cognitionem omnium
O quæ ſunt uere aut ſenſu,aut ſcientia,aut fide ab imo ad ſummum aſcẽde
re poſſumus. De quo Abraham Cabaliſta in libro mirabili Ietzira ſic ait

עשר ספירות בלימה י ולא ט י ולא יא הבן
בחכמה וחכם בבינה בחון בהם וחקור מהם
והעמד דבר על בוריו והשב יוצר מכונו׃

Id eſt.Decem numerationes præter quid,decem & non nouem,decẽ &
non undecim.Intellige in ſapientia & ſape in intellectu,inueſtiga in eis, &
proba ex eis,& ſtatue rem ſuꝑ puritates ſuas,& repone creatorẽ in thro-
num ſuum,hactenus ita.Intellectus enim humanus quæ ſupra ſunt intel-
ligit in ſapientia,& quæ infra ſunt ſapit in intelligentia.Et ſenſus exterior
ſtatuit rem ab obiecto per ſpecies oblatam,& ſenſus interior ſtatuit rem
ſuper puritates,id eſt abſtractiones ſpecierum,quæ ante fuerant diapha
no ac demum phantaſiæ ſunt peculiares.Deinde iudicium inter phanta-
ſiam & rationem,inueſtigat ex eiſdem apparẽtiis,& ratio diſcurſu uario
concluſioneqꝫ probat in eis. Tunc redeo ad initium & dico,ꝙ intellectus
creatorẽ ut cauſam omnium cauſarum primam reponit in thronũ ſuũ,
quæ eſt ipſa mens שכל הפועל Habetis itaqꝫ,uiri ſolertiſſimi,de-
cem numerationes quibus homini contingit rerum apprehenſio,q̃ ſunt
obiectum,diaphanon,ſenſus exterior,ſenſus interior,phantaſia,iudicium
inferius,iudiciũ ſuperius,ratio & intellectus,& hæc omnia non tam ſunt
P quid,q̃ quo.Suprema uero mens in homine aliud quid eſt.Quapropter
ſicut deus in mũdo,ita mens in homine inter decem Sephiroth regni ge
rit diadema,& recte cognoĩatur כתר id eſt corona,quæ ut Ariſtote
les aſſerit in ſecundo de generatione animalium libro. Sola diuina eſt &
ſola extrinſecus homini accedit,à cuius lumine recepto uirtutes infe-
riores diriguntur & gubernantur עד השכל והמשכיל
והמושכל אחד׃ Id eſt, quouſqꝫ intellectus intelligens & intelle
ctum ſint unum et idem,ut ſcribit Cõmentator arboris decem Sephiroth
ꝗd magiſtri ſuꝑ uerbis Prophetę,In lumine tuo uidebimus lumen ita
diiudicarunt, כי בשפע השכל אשר שפע ממך
נשכיל ונתישר׃ Hoc eſt,ꝙ in influentia mentis quę influit ex te
intelligimus & rectificamur.Puto iam eſſe patefactum omnibus qui natu
ræ hu

ræ humanæ conditionem diligenter ſcrutati ſunt, primo q́ deſyderio na
turali ducimur, uel ſi rectius libet dicere trahimur ad apprehendendũ res
ſummas & diuinas. Secũdo, q́ eas quantum ad noſtram beatitudinẽ ſatis
eſt, data opera pro modo & captu noſtro apprehendere poſſumus, ad al
terum nos inclinat natura, ad alterum diuinitas, utrũq; per ignis figuram
ſurſum tendentis, & omnia quodam modo cõphendentis & lambẽtis
artificioſe à Cabaliſtis demonſtratum. De quo Rabi Ioſeph Caſtilieñ:
in horto nucis lib. ſecũdo ĩter cetera his uerbis ait. תדע לך כי
נפש השכלית הנאצלת באדם ומצויירת בו
צורת עליונה היא הנקראת אש: i. Scias, q̃a aĩa ĩtellecti
ua infuſa in hoĩem, & rep̃ſentãs in eo formã ſupmã, ipſa uocat̃ ignis. Cui
applicãt Salomonis illud. Lucerna dei ſpiritus hoĩs. Vt plane tñ fatear
id quod uerum eſſe tum ratio probat, tum exercitationis confirmat expe
rimentum, non paucis oportet artibus, non ualde minutis humanorũ ſtu
diorum ſcientiis, non leui doctrina eum prius inſtructum eſſe, cuius indu
ſtria promptitudo & ingenium ad formarum ſeparatarum ac ſimpliciũ
mundi ſuperioris & intelligibilis ſubſtantiarum contemplationẽ ita man
ſueſcat, ut in ipſa ferme dei penetralia irrepat. Ante omnia nanq; pruden
tium uirorum ethicis & bonis moribus eruditos eſſe nos conuenit, ut tur
pia uitemus ſequamur honeſta. Quod Eccleſiaſtes admonuit. Cuſtodi pe
dem tuum cum ieris ad domum dei, quia Ethan Ezraita in eruditiõe ſic
pſallit. Iuſticia & iudicium præparatio ſedis eius. Quo carmine non tantũ
opera hoĩum quæ ipſa debent iuſticia perfici, uerum etiam & cogitatio
nes cordis & oris uerba complectitur, q̃ recto iudicio conſtare oportet.
Quare una uoce ac conſimili ſenſu tradunt Cabaliſtæ. כי בהמשך
אחר התאוה לבד כמו הכסלים יבטלו Q
התשוקות העיוניות: Id eſt. Q; indulgendo concupiſcentiæ
atq; libidini tm̃ ut faciunt ſtulti corrumpuntur deſyderia ſpeculationum
Poſt mores itaq; compoſitos & animum purgatum (taceo quidem nũc
penè infinitas ſiue recte ſeu uere aut bene loquendi regulas, quæ ſolum R
ueſtibula & fores ſcientiarum ſunt, non aũt ſciẽtiæ) tum opus erit mathe
maticis & phyſicis quæ innumerabilia complectuntur, Arabum & Græ
corum & Latinorum ubiq; uoluminibus cõphenſa, uel de uniuerſo nu
mero pondere & menſura. Vel de omni motu & quiete rebus eſſentiali
ter inhęrente quam dicunt naturam. Eſt enim natura ut Rabi Iuda Ben S
Leui ſcribit in libro Alcozer. התחלה והסבה אשר בה
ינוח וינוע הדבר אשר הוא בו בעצם ולא
במקרה: Id eſt, Principium & cauſa qua quieſcit & mouetur res
in qua eſt per ſe, & non per accidens. In hac terminatione uidetis quantæ

& quales quot & q̃interminatæ res congerũtur,ut ferè ſint omnia nobis
ſuſcipienda naturam inueſtigantibus,q̃ a ſupremo cœlo ad infimum ter
T ræ centrum continentur,ſiue ſuo nitantur robore ac ſubſtent,ſeu q̃quo
modo ſe habentia innitant̃ & accidant,ut non tota ętate hominis uel ipa
nomina ſingularũ inueniri taceo proprietates,conditiones,uires,mores
& operationes queant,propter eorum q̃ ſcire cupimus prope infinitatẽ
& uirtutis noſtræ rationalis capacitatem,& rerum inueſtigandarũ diffi
cultatem,& humanæ potentię fragilitatem,& deſyderii noſtri multiplicẽ
diſtractionem.Quid enim? nonne Abrahæ dictum fuit, Suſpice cœlum
& numera ſtellas ſi potes,nec potuit ipſe,quanq̃ ſuo tempore ſecundũ
Rambam inſignis aſtrologus erat. Vnde tradũt Cabaliſtę ꝙ כל מה
שבשמים לא ידע הארץ דבר ממנו אלא בזה
השעור הלמודי המעט: .i. Omne id quod in cœlis eſt non
ſcit homo aliq̃d ex eo,niſi ad ipſum modum Matheſeon ſeu diſciplinarũ
V uſq; adeo modicum.Quorũ hoc dicto admoneor,multa erraſſe ueteres
in Mathematicis,etiam in quibus illi totam penè uitam,ut mos eſt ſtudio
ſorum, contriuere.Quod in ſuis recordatur ſcriptis Abubacher poſteris
nobis atteſtatus antiq̊s eo ſæculo etiã uſq; Ariſtotelis poſt tempora
nõ plene Mathematica ſciuiſſe,Ait em̃ ſic כי הלמודים לא
X נשלמו בזמנו: .i. ꝙ Mathematicæ ſcientiæ non erant tempore
Ariſtotelis perfectæ,cum igitur,ut Salomon inquit,cunctæ res ſint diffi
ciles,& in ipſis naturalibus quorum ſaltem principia nobis nota ſunt,aut
eſſe poſſunt, החומר הצורה ההעדר Materia,forma,pri-
uatio,tanta in hoĩbus ſedeat apprehenſionis tarditas,quid futurum de no
bis cogitabimus ſupremas illas ſpiritualium cauſarum ſpecies intueri quę
rentibus? Ad q̊d omnium inferiorum abſtractionibus,diſcurſu,ratiõe ac
logicis ſpeculationibus opus erit,quæ facile poſſent totam hoĩs uitam oc
Y cupare,ut eſt nõ nullius põderis diſcere המאמרות q̃ appellamus
p̃dicamenta,& ut ad illorum conſuetudinẽ loquar genera generaliſſima,
uidelicet quæ ſunt עצם כמה איכות הצטרפות מתי
אנה מצב לו יפעל יתפעל: .i. Subſtantia,quantitas,qua-
litas,relatio,quando,ubi,ſitus,habitus,agens,patiens,iſtis enim & conſta
re putant & intelligi, quæcunq; in hoc conditoris orbiculari globo conti
nentur.Inueniri aũt nihilominus & q̃ de his ipſis ac eorum comprehẽſis
diuulgent̃ atq; dicant̃ ob idq; prædicabilia nominari סוג מין
Z הבדל סגולה מקרה: .i. Genus,ſpeciem,differentiã,propriũ,
accidens.Horum omniũ dies atq; noctes aucupia,plagas & indagines in-
ſtituũt ꝓ ſingulas cuiuſlibet rei cãs, q̃ ſunt החומר הצורה
הפועל והתכלית: .i. Materia,forma efficiens & finis.Ex quibus
ut nobis

ut nobis ipſi molliter blandimur omnis negocii ueritatem uenari quea-
mus quadam euidenti, ut aiunt, demõſtratione quam מופת appellãt, A
ſcilicet de altero ad extremum alterum, tanq̃ è carceribus ad metã diſcur
rentes in modum cuiuſdam artificii cui nomen הקש indiderunt. At ue
ro qua ſolertia & quibus ambagibus illorum hoĩm qui hæc plus oſtenta
re ſoleant quam præſtare ſophiſmata præſtruantur, nostri ſic docuere
יתחבר כל הקש ומופת משתי הקדמות
הגדולה והקטנה בשלשה חלקים והם
הנקראים גבולים אחד מהם נושא המבוקש
והוא הנקרא הקצה הקטן והשני. החלק
המשותף והוא הנקרא גבול אמצעי
והשלישי נשוא המבוקש והוא הנקרא קצה
הגדול ומאלו תולדה: .i. Componitur omnis ſyllogiſmus B
& demonſtratio ex duabus propoſitionibus ſiue præmiſſis maiore & mi
nore, ſecundum tres particulas, qui uocantur termini, una ex eis eſt ſubie
ctum quæſiti, & dicit̃ extremitas minor. Et ſecũda pars eſt participans, uo
caturq; terminus medius. Et tertia eſt p̃dicatum quæſiti, quæ nominatur
extremitas maior, & ex illis concluſio. Hoc eſt illud rete, hic ille hamus,
uiſcum & illex, hoc uinculum quo illorũ opinione libera capitur ueritas,
& quo uel circa naturæ ſubiectas res ut ſunt phyſica, uel naturam comitã
tes ut mathematica, uel naturam q̊dam modo exuẽtes ut meta ta phyſica.
indiſtincte ac qñq; fruſtra utuntur. Quę aũt à natura prorſus & ab omni C
materia & motu ſunt eſſentialiter abſoluta & ſeparata, dicimus theologi-
ca, quippe iſtis linguacitatibus & ſyllogiſticis ſuſurris non ſubiecta, ut q̊-
rum tanq̃ immediatorum non ſit proprie loquendo ſcientia, ſed firmior
ac ualidior notitia. Quo abſolutius Ariſtoteles in librorum illuſtriũ q̊s
poſt naturalia ſcripſit uolumine primo nobis inſinuat, ꝙ illius quidem no
titiæ poſſeſſio eſt non humana, tum ut conſpicimus quia raro & uix è mil
libus uni contingit, quaſi uideatur magis diuinitus illabi q̃ humanitus ac
quiri, tum ꝙ in ſumma cõſtituit̃ difficultate propter tenuem (arbitror)
& exilem intellectus noſtri ab initio inſtinctum. Quod figura quadam in
nuit Zophar in libro Iob. Pullus onagri homo naſcitur. Deinde ob na-
turalis aptitudinis commoda eruditione adiutæ inopiam & defectum.
Eo ꝙ longo iam tempore à malis p̃ceptoribus deluſi nondũ prudẽtes pu
eri tenera in ætate relictis optimarum literarum ſtudiis, ad ſordida ſophiſ
mata compellunt̃, illorum ſuaſu, q̊rum aures p̃ter utrum hoc & utrum il-
lud cum ſuis propoſitiõibus & corrolariis aliud nihil admittunt. Accedit
in cauſa, celeris promotio diſcipulorum ad gradus ſuperiores, quibus

nondum credenda erant tam excelſa qñ iñ literis humanioribus parum adhuc olei coſumpſerunt, quare in tot & tantis ſentibus & dumetis labore moleſto fruſtra defatigati reſiliunt anteq̃ ad uenerandæ ſenectutis annos peruenerint, nempe adhuc ætate uirili floreſcẽtes. Audite aũt uos obſecro uerba Iob. In antiquis eſt ſapientia & in multo tempore prudentia. Ideo motus quondã Rab Eleazar dicenti ſibi benigne magiſtro ſuo Iohanan. Veni docebo te opus de Mercaua.i.de ſublimiorib⁹ contẽplationibus, reſpondit לא קשאי.i. non incanui, quaſi nondũ conſenui. Nouerat em̃ diſcipulus ille ſagax & pręcocis adoleſcens ingenii ad tam ſublimẽ & altam ſapientiam nõ eſſe aptos nec idoneos, niſi eos qui iam ſedatis & extinctis cupiditatum ardoribus & calore iuuenili refrigerato, annis prouecti, cum quadam tñ naturali probitate ſeneſcunt. Nam quid huc afferret ſenium commodi? niſi probitatẽm & conſtantem uitæ integritatẽ adderet. Iccirco uelim credat omniũ nemo φ ii ſint uere theologi q̃tumcũq; ſenes, quacunq; præditi contentioſa loquacitate, qui uitiorum q̃libet genere fœdati, ſupbia, hypocriſi, auaricia, odio, inuidia, & ſæpe tecta religione luxuria, neglecto mentis lumine affectiones ſequuntur animales. Aſſilit huic meæ opinioni Salomon qui ait. Abominatio dei eſt ipſe peruerſus, hic eſt ille qui ab altitudine auerſus uergit ad decliua, q̃tumuis eum natura erexerit in alta. Non ignorauit Algazel Marrane tuus, ille Mahumetiſta hos ſibi cõtrarios in anima motus ſurſum & deorſum homini docto q̃ infœliciſſimos fore, cum in libro de ſcientia diuina demonſtrat φ ex cõtrarietate huiuſcemodi attrahentium imp̃ſſionum fit cruciatus in anima fortiſſimus & maxime formidoloſus. Sic præter uitia etiam peruertũt & auertunt ſecularia negocia, dum forte parentes, uxor, liberi, res familiaris, amici, inimici, caſus, euenta, & quęlibet propinq̃rum neceſſitudines, haud ſinunt uires hoĩm ſummos intelligentiæ gradus aſcendere. Sed fac quiſq; ueſtrum erit, nihil in nobis ſitum eſſe q̃d impediat, finge captum ingenii noſtri fœlicem & fauſtum, nulla ſit dementiæ aut deſipientiæ ne ſpecies quidem. Iam parata ſuccurrant omnia q̃ ad ſuſcipiendum res altiſſimas ꝑtineant, ut de noſtra fragilitate recte queri nemo poſſit, tñ a ſpeculando nonne plurimos deterrebit excelſior cœlo, profundior tartaro, diuinorũ obſcuritas illa nec ſenſu nec rõne peruestigabilis, quæ a ſtudiis noſtris nõ ut cæteræ ſcientiæ lucẽ recipit, ſed ſecum affert & quaſi de ſuo ipſa promptuario in uiros non indignos radiat atq; lucet, quanq̃ nec ſua ſponte ut uilem ſeſe paſſim proſtituit, nec non inuitata ſe offert, ſed a noſtra uoluntate humanis ante ſcientiis perq̃ornate inſtituta non ualde repugnãs attrahitur, quemadmodum ſi retuſum ferrum, ut ait Salomon, & nõ prius politum fuerit, exacuetur multo labore, & poſt induſtriam ſequet̃ ſapientia. Etenim quæ a ſenſu prouehuntur ad intellectum, diligentia quadã ſtudiorum

diorum & artificiali ratione colligunt̃, ultra uero quæ ab intellectu ad mẽtem & ad eius lumen pertingunt quaſi diuinam induũt perſonam, & idolio carent humano, ut iis queat nihil a nobis cogitari profundius. Sup ea igitur re ingemuiſſe uiſus eſt idem Salomõ cum ait, Alta profunditas ſeu profunda profunda, ita em̃ hebraice legit̃, quis inueniet eam? Non dixit quis habebit eam, nonnulli enim habuerunt. Sed quis inueniet, tanq̃ difficile, non aũt quoq̃ modo impoſſibile, quia dñs dat̃ ſapientiam, & beati q inueniunt eam, ut eſt in ſacris oraculis, Paucorum eſt igitur inuenire illam & eorum qdem beatorum, ſuper q̃s nõ ſuis meritis ſed dono dei coruſcat tam uenerandi luminis ſplẽdor. Sane arbitror neminem fore qui neſciat, nõ eſſe multitudinis audire dei ſermones, quapropter clamabãt ad Moyſen, Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis deus. Te inquntte audiemus, quod Onkelus interp̃tatur Nekabel. Quare in capitulis pa E
trum ita legitur, Moſe kibel. i. Moyſes audiuit & accepit legem de Sinai. Vnde Kabala dicit̃ ab auditu acceptio. Quod animaduertendum & memori puto mente reponendum, ex tanta fuiſſe hoĩm multitudine tot etiã ſanctorum, Moyſen ipſum qui ad ueri & æqui agnitionem ab ore dei recipiendam unus & præter eũ nec alter aliquis eſſet deſtinatus, Sic em̃ Cabaliſta ille Azariel Bar Salomo Garonenſis ſcribit, לא כל הנביאים היו יכולים לשמוע הדבור השכינה כי אם משה: .i. Non quidem prophetæ oẽs fuerunt potentes audire ſermonem ab ore dei, niſi Moyſes. Vos igitur, optimi uiri, quorum aĩos F
meo erga uos amori comunia ſtudia mirifice deuinciunt, ex his facile p̃ſpicitis q̃ mihi obiter exciderunt, rem ualde neceſſariam humano generi cœlitus indultam eſſe Cabalam, ſine qua nemo tam raram tam difficilem adipiſci queat app̃henſionem diuinorum, quę certe non ſunt mortalium rationum probationibus, non ſenticoſis inanium uerborum contentionibus, non humanis ſyllogiſmis propter eorum diuinitatem ſubiecta, quin immo tam magna, tam grandia, tam infinita, ut una hoĩs ætate uel ſi libeat deniq; pluribus omni q̃tũcunq; indefeſſo labore ſupari non poſſint, etiã ſi uitæ noſtræ anni tẽdant in multa ſæcula, nobis plane in hoc luto, in hac argilla & denſi corporis cœmento ſpirantibus, & corporeo ſenſu cũcta p̃ſumentibus. Aiunt em̃ ſapientes Hebræorũ magiſtri. כי להגיד כח מעשה בראשית לבשר ודם אי איפשר: G
.i. q̃ ad explicandum uirtutem operis de Breſith carni & ſanguini, Impoſſibile. Quanto magis de Mercaua. Quare faciamus oportet ut ſingulares technographi & artifices docẽdo ſolẽt. Credamus unicuiq; in arte ſua perito. Nã logicus de parte orationis a grãmatico recepta credit, Rhetor a logico argumẽtationum aſſumit locos, Poeta & orator à muſico, Geometra proportiones ab arithmetico mutuatur, Aſtronomia numeris, figuris

ac dimenſionibus mathematicis fidem habet. Tranſnaturalia utuntur cõ
iectura naturalium. Et omnis ſcientia ſuperior recte præſumit de ſtatutis
inferiorum, nihil eorum conata probare quæ ab arte ulla priori audie
rit eſſe firmata, ſed liberaliter dictis credit, ne ante tota hoĩes uita defici
at ꝗ̃ uniꝰ poſſit diſciplinæ uel minima ratio perfecte inueſtigari. Qꝫ ſi hoc
in humanis fit & quaſi uilioribus ac ſellulariis opificiis ut ab auditu recipi
ant atq; credant eis uiris ꝗs præ aliis doctrina eſſe ſingulari ꝑditos arbi
trantur, an in ſummarum & diuinarũ rerum ſciẽtia quam noſtris uiribus
ne unus itẽ et alter attingere uix poſſumus traditionem ſanctorum hoĩm
G & receptionem fore contemnendam putabimus? quæ Cabala hebraice
dicitur. Eſt enim Cabala diuinę reuelationis, ad ſalutiferam dei & formaꝝ
ſeparatarum contemplationẽ traditæ, ſymbolica receptio, quam qui cœ
leſti ſortiuntur afflatu, recto noĩe Cabalici dicuntur, eorum uero diſcipu
los cognomento Cabalæos appellabimus, & qui alioquin eos imitari co
nantur Cabaliſtæ nominandi ſunt. Perinde atq; circa editos illorum ſer
mones quotidiano labore deſudantes. Eqdem Philolae, Marranus inqt,
ſi per te licet opinor hunc Iudæum uno faſce quicquid de Cabala dici po
tuit Neſtorea eloquentia complexũ eſſe, ut noſcamus quid nomen ipm
deſignet, ac unde oriatur, ſit ne in natura uel in hoĩm uſu aliquid eiuſcemo
di quod Cabalam uocant, deniq; cuius cauſa uel propter quid ita ſit, qua
tenus & ad quid utilis, & diuinæ cõtẽplationi ꝗ̃ uideatur eſſe neceſſaria,
ꝗ̃tumq; homini poſſibilis idoneo & ad eam ſe pręparanti. Quis dici Caba
licus, quis Cabalæus debeat, & quis Cabaliſta, quid opus eſt uerbis? totũ
a capite ad calcem, in hoc laudandus, ꝙ nullas oculis tenebras offundit.
Tum Philolaus. Soluiſti funem Marrane ingreſſus mare magnum & uix
ſulcabile, nondum in portu nauigas, & quæ Simon iſte tanꝗ̃ in breuem ta
bellam depinxit, uideris per caliginem uidere, ac per mediam nebulam in
tueri, Adhuc enim ne ad fores qdem eius artis adducti ſumus, quare mi Si
mon hebręorũ contemplatiſſime, amabimus te, pergas ultra, nobis enim
hactenus non plus profueris ꝗ̃ ut anſam præberes de arte Cabaliſtica la
tius cogitandi, quid illud ſit quod reuelatum eſt, quis reuelauerit, quis re
ceperit, quid commodi afferat ea receptio, quis modus artis huius, ꝑ quã
(ut rumor eſt) miracula fiãt, nam id ultimum de longinꝗ̃ me huc appulit.
Expoſtulabo, inquit Simon, illud oĩum primum de Neſtorea eloquentia
cuiꝰ a Marrano inſimulor. Ea enim & philoſopho mihi & Iudæo eſſet me
H iudice opprobrio futura tanꝗ̃ adulationes amanti cum nequeat tanta bre
uitate ſermonis contineri eloquentia ꝗ̃ & uerborum & rerum copiam de
I ſyderat, & Iudęis nobis in more nõ ſit, ut fucos dicendi ſequamur. Nã loq
proprie non eloqui ſub ferula didicimus, & cauſę ueritatem magis ꝗ̃ locu
tionis ornatum quærimus. Sed abſoluam paucis, ꝗd uehementer optatis

ne tot

ne tot & tam diſcriminoſis itineribus defatigatos,uel neniarum ambagi/
bus quaſi oſcitantes uos animo pendere ſinam,poſt enim q̄ ſine ullo ut ap
paret tedio audiuiſtis,ego quibus ueſtigiis & indiciis q̄t & quibus ueluti
canibus diffinitionem Cabalæ uenatus deprehēderim,ne uos in ipſo no
mine contingat errare, ſicut ſophiſtarum quidam irriſione digni propria K
temeritate uel ſi malueritis negligentia diſcendi falſo aſſeruerunt Caba/
lam fuiſſe hominem diabolicum & hæreticum, unde Cabaliſtas hæreti/
cos eſſe omneis (abſtinete obſecro ſi poteſtis a riſu,quanquam eſt ridicu
lum ingens,at deſinite uelim hęc hominum monſtra & portenta ridere)
commodum ea proferam de quorum certitudine dubitantes me roga/
ſtis,ſi priꝰ commonuero Cabalam nec ſenſuum rudi tactu,nec imperioſis L
logici artificii argumentis eſſe quærendam,cuius fundamentum in tertia
cognitionum regione conſtituitur,ubi non iudicium urgens, non proba
tio euidens,non ſyllogiſmus demonſtrans,quinimmo ubi nec ipſa homi
nis ratio dominatur,Sed nobilior quædam notitia ubi lumen mentis ca/
dens ſuper intellectum mouet liberam credendi uoluntatem.Quæ enim
ſenſu percipiuntur infra ſcientiam ſunt & ratione certiora,quę autē mens
influit,ſupra ſcientiam ponimus,perinde atq; rationali diſcurſu ſolidiora
Conſtiti pauliſper & commoratus ſum ne res tam diuinas,fragilitatis hu
manæ inuētionibus & regulis,ut aiunt,logicalibus ſubiectas putetis,igno
ſcite amici non affero meditata,ſed utut cauſæ intercidunt alia ex aliis trā
ho,Iam enim ad id quod uultis propero, quid illud ſit? quod reuelatum
eſt,nemo a me impetrabit ut exiſtimare queā de omni uos id reuelatiōe
propoſuiſſe cunctorum creditorum,quę prope uidentur eſſe infinita,q̄n
potius quid illud ſit primarium uniuerſale atq; præcipuum diuinitatis re
uelatum,in quod ſingulæ reuelationes diuinorum feruntur & reducunť.
Certe id quidem ipſum,Philolaus inquit. Tum Simon.Recte uero,& eſt M
profecto aliud nihil q̄ poſt ruinā primordialem generis humani uniuer/
ſalis reſtauratio,quæ a nobis ישועה & a latinis ſalus nominatur.Eius
ipſius extat oīm prima nr̄æ ſpeciei facta reuelatio,ſi examuſſim uniuerſa N
mundani exordii pondero qua nulla fuit prior,non enim inſomnio corre
ptus quaſi diuinaret Adam per afflatum propheticum de uxore poſt ſo/
porem locutus eſt.Hoc nunc os ex oſſibus meis,& caro de carne mea,ſed
minus ſe coſtarum alterius lateris experrectus habere ſentiens,poſtquā
ad cuncta ſingulatim animantia terræ maris ac aeris facto circuitu perue
niſſet,de ſubito intuitus Heuam,uir robuſtus & iuuenis aduleſcentulam
ſucci plenam,facie uenuſta,uultu blando, & humana energia præditam
mutua prurigine cœpit exardeſcere,ac geniali cupidine oppleri,quę tum
ſe non erga ullum animal aliud tetigiſſet,Sic em̄ Eleazar ait ille Magiſter
noſter & Salomon commentator ſacrarum ſcripturarum ordinarius.

C

ndicat Talmud libro יבמות Jebamot. c. הבא על יבמתו fo- lio 7. caput. ipſ. habet 9. folia:

שבא אדם על כל בהמה וחיה ולא נתקררה דעתו בהם עד שבא על האשה: .i. Q; uenit Adam ad omne iumentum & animal & non commouebatur ſenſus eius in illis uſq; dum ueniſſet ad uxorem. Quibus è uerbis proh hominum fidem ob tortum ſcelus malignitate peruerſorum hominum contigit, ſi modo ſint homines, ac non magis diaboli incarnati, & larue furiales exiſtimandi, qui ſeditionem Chriſtianitatis aduerſum nos, quamuis ſecundum leges imperatorum innocenter & pacifice uiuentes, tamen quolibet genere iniuriarum excitare parati, cum ſæpe alias tum nuper in iſta urbe dicta Magiſtrorum noſtrorum falſo interpretati ſic expoſuerunt, Q; Adam tunc cum omnibus beſtiis & animalibus fœde coiuerit, Deus bone, quanta turpiſſimorum nebulonum audacia, infantium ſophiſtarum aſſenſu & fauore adiuta. Nunquam enim בוא iuxta linguæ hebraicę proprietatem luxuriæ coitum ſignificat, tametſi quandoq; pro neceſſario materiæ ſubiectæ complexu per quandam illud metaphoram de coitu ſeminali ex uerecundiæ modeſtia intelligatur, ut Geneſis ſextodecimo capite. Ingredere ad ancillam meam ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios, quo in loco בא id eſt. Ingredere ad ancillam, non autem dixit, coeas cū ancilla. Quod etiam hic par non eſt, uſq; adeo, ut ab hominibus quantumcunque nequam nequeat accipi conſimiliter, propter negocii eius de quo ſermo fit impoſſibilitatem. Nam certe qui fieri poſſet? ut tantus uir & tam magnus Adā cum cimice, pulice, muſca, & cicada ſeminaliter coiuiſſe intelligatur. Hæc eam ob cauſam recenſui, ut his & huiuſcemdi falſariis, maledicis & maledictis ac leuiſſimis tranſfugis, neque in hac neq; alia ulla in parte fidem habentibus nihil contra nos de ſacra quam non nouerunt ſcriptura credatur. Redeo ad id unde digreſſus ſum, Naturæ itaque inſtigatione ſoli cum uterque in mundo eſſent, uir ſentiebat uxorem ad ſe pertinere, non dum igitur Cabala hæc fuit. Cæterum & hoc ingenii erat uidelicet ſingularis & acerrimi ut cuiq; rei protoplaſtus ipſe iam orbis dominus ſpontaneo poſitu nomen adderet, quo cognoſcamus uoluntatis id fuiſſe, non naturæ. Nec illud non rationis extiterit, poſt legis tranſgreſſionem ꝙ pœnam mortis in monitorio comminatam formidauerit, quam ductu rationis iudicabat fore non corporalem, eo ꝙ ſe mox atque de ligno comederat mori non ſenſit. Ergo iuxta Ramban, moriendum in peccato intellexit, ſicut & nos Cabaliſtæ intelligimus. Iam quid in omnibus his oro diuinæ reuelatiōis fuiſſe putādū eſt? certe nihil hucuſq; comperimus ꝗd non totum aut conſilio ratiōis aut motui ſenſus paruiſſe dubitauerit oīm prorſus nemo, at illa tam pernicioſa legis tranſgreſſio, tanta in deum opti

mum maximum contumelia,tam infeſta temeritas,tam contagioſa libido
tam tetra, tam uenenoſa peſtis toxica & fœda lues,generis humani corru
ptrix,in uenarum cuniculis inſidẽs & cum ipſo profluuio ſeminis in poſte
ritatem continuo meatu ſerpens,an qua poſſit uia quo ue modo expiari
& auerti nulla ualuit humanæ fragilitatis cogitatio p̃ſumpta concipere. P
Hic inquam hic ad imminẽtis deſperationis quo morbo nihil p̃nicioſius,
efficax ſubſidium diuina reuelatione opus erat,ac ne tunc figmentũ ſuum
fictor deus omnino deſeruerat,ſed ſpem quandã iniecit,fore nõ impoſſi-
bile hoc ipſum q̃uis ĩmane crimen & contra infinitã maieſtatẽ admiſſum
tñ tractu temporis finito,aboleri tolli & extingui. Dixit igitur ad angelos
audiente Adam, Et nunc ne mittat manum ſuam & ſumat de ligno uitæ,
& comedat,& uiuat in æthernum,& emiſit eum dñs deus de paradiſo uo
luptatis. Vox ultima hæc erat quam ab ore dei miſer audiebat cum iã ex
horto pelleretᷣ,qua tñ inter tot mœrores atq̈ luctus firmam erga creato
rem ſuum recepit ſpem illã ꝙ tam horribilis ſententia ſucceſſu temporũ
fieret ex dei miſericordia reuocabilis,iſtudq̈ ſibi uerba indicabant oracu
li,ait em̃. Nunc ſiue iam ne mittat manũ ſuã & ſumat de ligno uitæ. Nẽpe Q
haud fruſtra dictionẽ nunc uel iam addidit deus,q̃ p̃ſens tempus deſigna
tur,inſinuando ſententiam non fore perpetuã,ſed poſſe contra eam futu
ro poſt tp̃e abolitionem impetrari,ſiqñ ueniret homo ad ueſcendum de
ligno uitæ deſtinatus,q̃uis tum ſemetipſum ſuſpicaretᷣ dum ſpiritus ſuos
regeret artus irreuocabiliter pendere pœnas,quia non fuiſſet ſecũ peren
die deus ut ſolebat facie ad faciem locutus,q̃d palam indignationis erat ſi
gnum,& alienati ab Adam animi,ut qui ante cum ſingulis q̃buſq̈ animã
tibus atq̈ beſtiis loq̃batur oĩm creator deus,iam cum homine peccatore
loqui ore ad os dedignaretᷣ. Ne tamen illum prorſus omni conſolatione
deſtitueret clementiſſimus pater,continuo miſit angelum quo plenius tã-
tæ ruinæ futuram diſceret reparationem. Sic enim Cabaliſtę in commen
tariis circa librum Ietzira ſcribunt. שהאבות רבותיהם היו
מלאכים ידועים רבו של אדם רזיאל .i. Q; patrũ
præceptores fuerũt angeli noti,uidelicet præceptor ipſius Adam Raziel
Hic aũt ſummi dei nutu expiationis ei uiam oſtendit,& diuinum ſermonẽ
per allegoriam recipiendum,more Cabaliſtico expoſuit,cuius nõ modo
uerbum ullum ſed ne litera q̃tumcunq̈ minuta & exilis ac ne apex q̃dem
fruſtra ponitur. Te autem appello Philolae,& te Marrane omnium ex do
ctis doctiſſimi uiri accõmodate hãc ueniã ꝙ forte religio me prohibitu-
ra fuerit alienis a ſecta noſtra & ritu Iudaico non initiatis tam recõdita &
tam arcana prodere,quorum cognitio,ita me deus amet,diſcipulis etiam
propriis ſæpe multumq̈ denegatur, ut uix raris in libris eadem liceat ſal-

tem tegumẽtis ac ænigmatis obuoluta inueniri. Sic em̃ in Thalmud legit̃
אין מוסרים סתרי תורה אלא ליועץ וחכם
חרשים ונבון לחש: .i. Non traduntur abſcondita legis niſi cõſi
liario & ſapienti magiſtro iuuenum, & intelligenti mago. Quare dicam
ne amplius an taceam? non parum dubitare me faciũt, tum magiſtrorum
interdicta, tum ad ſcrutandas res altiſſimas ardor ingens utriuſq; ueſtrũ
(ut arbitror) diuino igne inflammatorum. At audacter tamen indulgen
tior mihi ipſi, temperabo aſperitati præceptorum qui uideo ſolis lumen
abſq; diſcrimine ſuper omnes diſpergi quotquot obicem remouerint, di
camq;, tametſi pro more gentis noſtrę perquam ineleganter, tamen utut
potero, quæ homines doctiſſimos ſapientiſſimoſq; dixiſſe, & ſcripta diui
nitus reliquiſſe acceperim. Et explicabo nihilominꝰ orationem ſane ocul
tiſſimam a creatore mundi cum beatis angelis in ſuæ diuinitatis penetra-
libus habitam. Dixit nanq; deus. Ecce Adam ſicut unus ex nobis, nõ ex uo
bis inquit, ſed unus ex nobis. Nã in uobis angelis, numerus eſt & alteritas.
in nobis, id eſt deo, unitas infinita, ætherna, ſimpliciſſima & abſolutiſſima.
Nec ipſum unum in angelis ſi quid ſit, eſſe poteſt ſicut in deo. Non igitur
connumerauit ſibi angelos deus, cum de unitate loqueretur, quoniam re
pugnat idem aliquid eſſe unũ in natura cum deo & angelis, tãta eſt creato
ris & creaturæ diſtantia. Quid igitur eſt quod ait, Ecce Adam ſicut unus
ex nobis? Hinc ſane coniicimus alterum quendã eſſe Adam cœleſtem, an
gelis in cœlo demonſtratum, unum ex deo, quem uerbo fecerat, & alterũ
eſſe Adam terrenum, repulſum a deo quem ex luto manibus ſuis finxerat
& horto exegerat. Iſte, unus eſt cum deo, hic non modo alter eſt uerum
etiam alius & aliud a deo. Poſt miſerabilem itaq; generis humani caſum
docuit angelos ſuos deus de reſtitutione aliquando futura ſalutis, per quẽ
nam uentura eſſet, & quidem docuit non quãtum ipſe docere, ſed quantũ
capere angelica conditio poterat, in præſentia demonſtrans quis eſſet hu
manum genus redempturus, tunc enim prædeſtinata plane fuerat ſalus
hominum, quapropter, Ecce inquit hic eſt ille Adam qui non tãtum poſt
orbis & ueſtri ortum eſſentialiter eſt, ſed etiam ante omnem creationem
in æthernitate fuit unus ex nobis antequam tempus fieret. Quod Onke-
lus chaldaice ſic interpretatur. הא אדם הוה יחידי
בעלמא מניה: .i. Ecce Adã fuit unigenitꝰ meꝰ ſiue unicus meus in
æthernitate ex me ipſo, quo uocabulo utitur deus ad Abraham dicens,
Tolle filium tuum unigenitum. Cunq; futuri perſonam redemptoris iam
angelis indicaſſet, ne forte putarent eundem ipſum mox perfunctorie
ſubita quadam interceſſiõe hoc odium tam ſceleroſi criminis auerſurum,
remouit illico dubitationem & negocium in tempus diſtulit, ſubiungẽs,

Et nunc præſenti hoc tempore ne iſte meus in æthernitate unicus qui ſubſiſtit, ex me ipſo, manum ſuam mittat & ſumat etiam de ligno uitæ, innuendo ſcilicet ut q̃d ſolum nunc fieri prohiberet id olim conceſſurus ſit. Quo prudenter intellexerant ꝙ tametſi non nunc attñ poſt, temporis ſucceſſu per iſtum Adam cœleſtẽ deo coæthernum ruina hæc ueniret de fructu ligni reparanda. Domino itaq; uniuerſorũ ſedenti ſuper thronum ſuum, oẽs cœli exercitus aſſiſtẽtes ei, ut inquit Micha, a dextris & a ſiniſtris, pro tanta erga mortalium imbecillitatem clementia gratias egerunt. Miſſus eſt igitur angelus Raziel ad Adam collapſum & mœrore plenum, ut conſolaretur eum, cui ſic dixit. Ne ſupra modum conficiaris gemitu & moleſtia ꝙ te duce genus humanum in ſummã corruit perditionẽ. Qm̃ originale peccatum hoc expiabitur. Nam ex tua propagatiõe naſcetur homo iuſtus & pacificus, uir heros, cui nomen continebit in miſerationibus, etiã has quatuor literas i.h.u.h. & ille ꝑ rectam fidem & placidam oblationẽ mittet manum ſuam, & ſumet de ligno uitæ, & eius ligni fructus erit oĩm ſperantium ſalus. Quo ſermone finito, ille damnatus & erumnoſus Adã inter miſerias oẽs quas incidit, inter dolorem, inter luctum, quo in tanta calamitate fuerat affectus confidens in deum mutandi delicti ſpem concepit, & iccirco incredibili erga factorẽ ſuum amore tactus, diuinæ clementiæ gratiam habuit. Hæc fuit omnium prima Cabala, primordialis ſalutis nuncia, O rem gratam, o cauſam deſyderabilem. Quid commodius? qd acceptius? quid potuit magis opportunum ꝑditæ conditioni mortalium a ſuperis afferri? quid opis p̃ſtari conuenientius q̃ ut ſalutem publicã captiuis nunciarent. Hęc eſt illa reuelatio ſanctiſſima & ſumma, in quam oẽs diuinæ reuelationes reducunt̃, hæc optatiſſima traditio, hęc ſaluberrima receptio, in qua oẽs Cabaliſticæ receptiones recapitulant̃, oẽs diuinorum traditiones, oẽs cœleſtium eruditiões & uatum uiſiones & beatorum meditationes uniuntur & cõicantur. Quam ob rem cum ſingula hæc Adam uxori ſuæ palam renunciaſſet cœpit ea p̃ſente ad poſteritatis commemorationem & gratiarũ actionẽ erecto altari deo ſacrificare. Ita.n. Magiſtri noſtri tradiderũt. שגם אדם הראשון הקריב שור פר .i. ꝙ tum Adam primus obtulit iuuencum. At Heua iam futura uiuentiũ mater ſummota deſperatione, tandem a uiro ſuo cognita concepit, & peperit primogenitũ. Vnde ingẽti & incredibili gaudio ꝑfuſa, ꝙ putaret ei mox ſaluatorẽ eſſe natũ ſic. exclamauit קניתי איש את י ה ו ה .i. Acquiſiui uirum illum quatuor literarũ, quas literas ab angelo iam pridem receperant, & acquiſitum noĩauit Cain. Quem ubi parẽtes agnoſcerent præter ſpem prauis moribus ꝑuerſum, alteram inchoarunt natiuitatem & genuerunt Abel, Adoleſcentibuſq; tunc utriſq; filiis, tradiderunt hanc Cabalã.i. ab auditu de ſalute reſtituenda receptionem, tum ab Abel

ardenter amatam,tum a Cain uiliter deſpectam. Opinione uero ductus Abel,q̄d ipſe foret idem ille de quo reuelatam expectarent reſtauratione͂ cum ſe deo gratum,fide recta et oblatione accepta ſentiret,eo ꝙ ad ipſum
V reſpexerat dn̄s & ad munera eius,ad Cain au͂t & ad munera illius non reſpexit,toto cœpit pectore mentiſqꝫ affectu ligni fructum deſyderare,que͂ in oblatione uitæ conſtitutum eſſe iudicabat,eaqꝫ rōne lignum uitę dictu͂ & ita cognoĩatum,ꝙ eſſet per lignum uita creatori offerenda,qui dedit illam,quare manum ſuam eo conat⁹ eſt mittere,ꝙ de ligno acciperet,abſumeret ac aboleret,hoc em̄ אבל deſignat. Vnde fratris cōtra ſe odiu͂ patienter tulit & quærenti occaſionem rixæ,uehementer etiam irato,nō ſe blandis uerbis expoſtulauit,ut mitigaret illum,ſed prorſus tacuit. Cu͂qꝫ uideret ſibi mortem rapto de arbore ramo uel lignea claua Cain minantem,q̄maxime lætatus eſt,ſperans ligno interfici,non enim tum erat ferri uſus ante ortum Thubalcain,qui primus fuit malleator & faber in cu͂cta opera æris & ferri. Claua itaqꝫ lignea & prægrādi munitus dixit Cain ad Abel fratrem ſuum. Et fuit cum eſſent in cāpo & inſurgebat Cain in Abel fratrem ſuum & occidit eum. Romani addunt legendo dixit Cain, Egrediamur foras,q̄d non eſt in ſacræ ſcripturæ contextu. Abel au͂t inermis armato non reſtitit,ſed uolens & libens ſe morti obtulit. Cum non tm̄ ſatiſdare pro nobis creditori deo,uerum etiam & originale debitum omnino ſoluere ſi fieri poſſet,& acceptabilis deuota conſtitutaqꝫ hoſtia in ſolutu͂ præſtari paratus eſſet. Poſt uero q̄ iſte deceſſerat ſine liberis, ſuſtinuit Adam multo tempore,ſi forte q̄d in filiis non inueniſſet, id contingeret in nepotibus. Sed quid iam ſperaret in reproba Cain gn̄atione de qua pridem omnis fiducia euanuit,uidebat eam omnem ſellulariis artibus & opificiis incumbere,ſtudio ſeruili nauare opam,tenuiora cōmoda & officia corpori neceſſaria ſequi,nihil diuinum cogitare,nihil liberale,nihil heroico uiro dignum,quare aliam prolem & aliud ſemen a deo petiit & impetrauit, quo plane ſupra q̄ dici queat exhilaratus eſt pientiſſimus pater ſic
X dicens, Poſuit mihi deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Cain. Ideoqꝫ uocauit nomen eius Seth,quem genuit ad imaginem & ſimilitudinē ſuā, non ꝙ cęteri eius liberi non habuiſſent formam & imaginem humanam qui & hoĩes quoqꝫ erant. Sed quia reliq̄rum hactenus p̄ter Abel, potius dæmoniorum gn̄atio q̄ hoĩm dicenda fuerat,propter illorum execrabilē maliciam & uitia deteſtanda. Non igitur ꝙ dæmones & diabolos ſubſtantiuos genuiſſet,id ita nunc additur,q̄d impii & prophani quidam mentiu͂tur. Sed ꝙ uoluntate malos. Nihil au͂t eſt malum niſi uitium & dæmoniu͂ Pergam itaqꝫ ſi uultis ut qua ianua ſim ingreſſus ultra proficiſcar. Et illi ꝑge diligenter obſecramus inquiunt. Denuo Simon ait,pater noſter Adā, rurſus ex Seth nepotem ſuſcepit,memor eius Cabalæ quā ſibi Raziel tra

diderat

diderat ꝙ ex ſua propagatiōe naſceretur homo futurus ſaluator. Quare uocatus eſt Enos.i.homo, tunc putabatur & quidem ualdē ſperatum fuit eum appellandum fore iuxta Cabalam angelicā per nomen quatuor literarum i.h.u.h. uel ſaltem magis Cabaliſtice in miſerationibus per Sin literā de medio quatuor literarū i.h.u.h. Sic enim in ſacra hiſtoria ſcribit̃ אז הוחל לקרא בשם יהוה׃ q̊d latini non admodū docte legunt. Iſte cœpit inuocare nomen dn̄i, ſed rari quidam & contemplantiſſimi Cabaliſtarum, rectius quo ad linguę proprietatem interp̃tant̃ ita de גימטריא tunc expectatus eſt uocari per Sin literā, quæ in arte Cabaliſtica idem quod ברחמים .i. in miſerationibus, & Mem lr̃a per Notariacon deſignat מתוך .i. de medio ſcilicet quatuor iſtarum literarum i.h.u.h. Perinde atq; hoc modo intelligi deberet אז הוחל לקרא בשין מתוך יהוה׃ .i. tunc expectatus eſt uocari per Sin de medio i.h.u.h. quaſi pro angeli enunciato Enos ſumeret de ligno uitæ mundumq; redimeret, heros ipſe nominatus i.h. in miſerationibus u.h. notate arcanum & animaduertite myſterium. Cū uero iam nullius angeli deſtinatiōe hoc modo appellaretur, tum iſto relicto in aliū ſpem ſuam locarunt. Angelorum nanq;.i. dei nunciorum monitu nomīa patribus indita ſunt pro quibuſlibet euentis, ſiue præteritis ut quia poſſedi uocatus eſt Cain. Seu p̄ſentibus ut quia uir, uocatus eſt Enos, aut futuris ut quia parentibus luctum p̄biturus, uocabatur Abel. Expectatio hæc in quartam trahitur Enos progeniem, & de Iared natus eſt Henoch, qui ambulauit cum deo, ſed diſparuit, q̄m abſtulit eum deus. Tertio abhinc tractu uenit Noe in conſolationem omnium publicam illam auditu receptam ſalutem recta fide ſperantiū, quorum ex uniuerſa plebe tm̄ octo inuenti ſunt qui placerēt deo. Fuit etenim Noe uir iuſtus & perfectus in generationibus ſuis, & ambulauit cum deo, qui recepit in mandatis ut faceret arcā de lignis in qua ſaluaret mundum. Cabalice igitur ſperauit in lignum, ſic enim Iob ait כי יש לעץ תקוה .i. quia eſt ad lignum ſpes, de hoc fato certior fact⁹ ꝙ in ligno uita homini fuiſſet promiſſa. Sed poſt ebrietatem ſequuta eſt confuſio. Vnde & Babel cognoīatur, q̄ nunc Babylon a Balbel.i. chaldaice confuſio. Hęc ſub familia & liberis Noe fuit orta. Erant aūt filii ei⁹ Sem Ham & Iapheth. Futuro itaq; dei ſeruo Sem in quo ſalutē præ cæteris ſperabat, ita bn̄dixit ברוך יהוה אלהי שם׃ q̊d Cabaliſtice traducit̃. Benedictus quatuor literis dei Sem, per hoc inqūt Cabaliſtę הודיע כי יהיה שם עובד האלהים .i. Notum fecit ꝙ futurus erat Sem ſeruus dei, ut ſcribit Rabi Moyſes Gerundenſis. Quo intelligimus deſyderium pii patris fuiſſe ꝙ Sem benediceretur appellatione quatuor literarum i.h.u.h. ut fieret originalis peccati redemptor. At ne tunc quidem illud ueniſſe tempus à deo ſtatutū, quo

tanti caſus reparatio cõtingeret angelus Iophiel ipſi Sem adnũciauit, Ita enim ſcribunt Cabaliſtæ רבו של שם יופיאל .i. præceptor ipſius Sem fuit Iophiel. Suſpendebant igitur ea ſecula ſuper eiuſcemodi re cogitationes ſuas, uſq; in annos Abrahæ filii Tharhæ qui primo nominat⁹ fuit. Abram, Ei uiro erat angel⁹ quidam familiaris Zadkiel, ſic.n.
A ſcribunt Cabaliſtæ: רבו של אברהם צדקיאל .i. Prȩceptor Abrahæ fuit Zadkiel, qui eandem ei Cabalam tradidit recipienti, quam Adȩ protoplaſmati Raziel. Deniq;, ut arbitror, reliqua ſunt haud ignota ꝙ quanto ille tpe uocatus fuerat Abram & uxor eius Sarai tam diu nũq̃ ſibi hæredem genuerant. Poſt uero q̃ nomen uiri mutabatur Abrahã & uxoris nomen Sara, mox Ishac ſuſceperunt filium, de quo cum ei iuſſiſſet deus ut unigenitum tolleret quem diligebat Ishac, & eum in excelſo Moriȩ quodam monte ſuper ligno imolaret, incredibile uidetur quo gaudio & quanta lȩtitia exultauerit, diuinæ promiſſionis memor, qua pollicebat̃ ei deus his uerbis. Statuam, inquit, pactum meum inter me & te & inter ſemen tuum poſt te in gñationibus ſuis fœdere ſempiterno, ut ſim deus tuus & ſeminis tui poſt te, atq; in te benedicentur uniuerſæ cognationes terræ. Quapropter quã diximus humanæ uniuerſitatis ſalutem in filio ſe confidebat allaturum, quem ſubito ad uocem dei aſſumpſit, & oblationis om̃e lignum ſuis ipſe manibus excidit. Nempe lapſum originalem per lignum reparari poſſe, oraculũ docuit. Vnde ſcriptura dicit, ꝙ tulit Abraham ligna oblationis, impoſuitq; ſuper Ishac filium ſuum, & poſuit eũ in altare ſup̃ ſtruem lignorum, extẽditq; manum & arripuit gladium ut imolaret filium ſuum. Niſi.n. recepiſſet Ishac a patre ſuo traditã humanæ ſalutis Cabalam p̃ lignũ uitæ atq; hoĩs cuiuſdã iuſti oblationem futuræ, ut eſt cunctis uiuentibus horribile mori, non utiq; fuiſſet tanta beneuolentia & tam alacri uultu animiq; hilaritate uiſam impendere præ oculis mortem ſponte amplexus, ſed uelut eſt mortalium cõditio aut ſtrictũ mucronẽ declinaſſet, aut uerbis ſaltem quibuſdam lenioribus patris ſȩuiciam uel mitigaſſet tñ, uel fugiſſet. Atqui ſuſpicatus ſeſe fore illum quo futura eſſet primordialis ruinæ reſtauratio, nihil ſibi ea imolatione duxit iucundius, nihil dulcius ea morte, cuius gratia totum opinione ſua redimeret̃ genus humanum. Prȩbuit ſane illi hanc ipſam ſpem eo firmiorem ꝙ eundem locũ de⁹
B ab orbe condito ſacrificiis deſtinauerat. Terra nãq; Moria eſt digito dei Abrahæ demonſtrata, in qua primus Adam ſtruxit altare, obtulitq; deo munera, ubi & Cain & Abel, ubi & Nohe filiiq; ſui ſacrificarunt. Sicut Magiſtri noſtri diſputãt in capitulis Rabi Eliȩzer, aſtipulante Ramban et Rabi Ioſeph filio Carnitolis in libro portaꝝ iuſtitiæ, & in loco eodẽ urbs ſancta Ieruſalem cõſtructa eſt Salomone Gallo teſte. Re aũt infecta cum è Moria diſcederẽt pater atq; filius, audita eſt uox Zadkielis ad Abrahã

prolata

prolata benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Quo ſalus uni-
uerſa in futuram generationem cognoſcebatur eſſe protelata. Et uox ip̃a
dei per angelum Raphaelē ſuper Ishac quoq; cœlitus delapſa. Benedicen
tur in ſemine tuo oēs gētes terrę, ne forte ſeipſum fore ſaluatorem illum
crederet. Nā hoc quoq; Cabaliſtarum eſt qui ſcribunt ſic רבו של
יצחק רפאל: .i. p̃ceptor ipſius Ishac fuit Raphael. Ei uiro de filio
rum altero ſpes nō erat, qui iam benedictionem paternam exercitatiōe ue
nandi amiſerat. Eſau nomen fuit. de altero magna ſibi pollicitus pater p̃di
xit his uerbis rei uenturæ uaticinium p̃tendentibus. Seruient tibi populi
& adorabunt te gentes. Non acciderat igitur ſine cauſa de Iacob (ſic em̃
appellabatur iſte filius) tam ingens maioribus noſtris uniuerſę ſalutis ex
pectatio, ſed quia omnium mortalium primus ip̃e uidit portam cœli aper C
tam, & ſcalam a terra in cœlum porrectam, & in ea conſiſtentes quatuor
literas i.h.u.h. quas apprehendere gerebat in uotis. Cōſonantem q̊q; Sin
per Notariacō שמן .i. unctionem deſignantē, operi adiecit, q̊ delibutū
lapidem in templum q̊ddam noīe Bethel exædificauit. Augebat ſuſpicio
nem, ꝙ angelus Peliel Iacob erat familiaris. qui multa conſtanti & opini-
one & ſermone p̃monuit, tum ꝙ Iacob elegit ſibi deus, tum ꝙ beatus erit
ille cui deus Iacob in adiutorio eius. Scribunt autem Cabaliſtæ ſic רבו
של יעקב פליאל .i. Præceptor Iacob fuit Peliel, Sed edoctus ab
angelo ſuo Iacob, ſe non illum fore ſaluatorem quē hactenus cœleſtis Ca
bala prætulerit, negocium in aliud ſeculum diuina reuelatione reiecit, ſic D
dicens, Congregamini & adnunciabo uobis q̊d continget in poſtremo di
erum. Non auferet̃ ſceptrum de Iuda, & legiſlator de femore eius, donec
ueniat Silo, & eidem congregatio gētium. Quo uaticinio innotuit aliquē
q̄n̄q; fore ſaluatorem humani generis qui & ex Iuda & in poſtremis die
rum naſceret̃, & eſſet Silo, & ſceptrum regni gereret, & ad ipſum gentes
confluerent. Quare poſt hos patriarchas magnus ille Moyſes nō ſua ſpō
te morti ſe obtulit, ſicut quōdam Abel, ſicut olim Ishac, ſed renuit & a cu
ra populi ſubtrahere ſe uoluit, quanq̄ loquebat̃ cum deo ut amicus cū ami
co, facie ad faciem, & baculo utebat̃ pro ſceptro, & tota Iudæorum gēs ad
ſe confluebat. Nouerat tñ ſe non de familia Iudæ, ſed de domo Leui ortū
eſſe, nec natum in poſtremis dierum, nec eſſe Silo, q̊d ſecundum Syriacā
tranſlationem Onkeli Chaldęi ſignificat unctum, quem nos appellamus
Meſſiha. De omni tñ ratione atq; modo reſtaurandi originalis caſus ſatis E
ſupq; inſtitutus fuit ab angelo ſuo Metattron. Ita em̃ Cabaliſtę ſcribūt,
רבו של משה מטטרון qui eſt nūcius Sadai. Hanc itaq; ſan F
ctiſſimi Iacob reuelationem uniuerſitas prophetarū recepit, q̊d in poſtre
mis dierum naſcat̃ is ex ſemine Iuda qui peccatum originale ſit abolitur⁹,
Meſſiha rex pacificus, deſinēte tum ſceptro ac p̃fectura Iudæ, cōuocatiſq;

ſimul undiquaq; gẽtibus.Hæcuſq; huc receptio a patribus ad collegium
prophetarum per ſucceſſionem tranſmigrauit,qui ſingulatim cuncti tra
G ctatione q̃tidiana inter ſe conferebant de aureo Meſſihæ ſeculo,in illa bea
ta ſpiritus ſancti ſchola exultantes p̃ ſumma lætitia & imo de pectore gau
dia ſua promentes,uno q̃dam ſocietatis uinculo in ipſo Meſſiha ſaluatore
cõnexi,quanq; diuerſis a ſe temporibus de illo eodem uenturo rege mul
tipharíã multiſq; modis differentes ſinguli tñ quiq; parem & plane haud
abſimilem ſententiam abſoluerunt.Hic quidem his uerbis,Obſecro dñe
mitte quẽ miſſur⁹ es,alter in perſona Meſſihę inquit,Mitte me hoc eſt
שלחני q̊d in Arithmetica progreſſiõe ꝑ artificioſum Cabalę mo
H dum,tum quatriliteram excellentię dignitatẽ,tum ipſum quoq; iuxta Ra
zielis traditionem ſupius commemoratã rectum nomen illius Meſſihæ
per æqualitatem numeri trecentorum nonaginta octo ſignificat.Et iterũ
Vtinam dirumperes cœlos & deſcenderes.Alius ſic.Excita potentiã tuã
& ueni ad ſaluandum nos,deus reuerte nos,& oſtende faciem tuam & ſal
ui erimus.Alius,Expectabo deum ſaluatorẽ meum.Alius,Ecce dñs egre
dietur de loco ſuo & deſcendet.Alius,Deponet iniquitates noſtras & pro
iiciet in profundum maris oĩa peccata noſtra.Alius.Veniẽs ueniet & nõ
tardabit,egreſſus es in ſalutem populi tui,in ſalutem cũ Meſſiha tuo.Ali⁹
qui conſolabaẗ gentem noſtram dicens.Abſtulit dñs iudicium tuum.Rex
Iſrael quatuor literis in medio tui erit,non timebis malum ultra.Domin⁹
deus tuus in medio tui erit fortis,ipſe ſaluabit.Alius q in perſona Meſſihę
pollicebaẗ.Et erit ſicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda & dom⁹
Iſrael,ſic ſaluabo uos & eritis benedictio,& erunt ſicut fuerunt qñ non
proieceram eos.Et alius ita.Orietur uobis timentibus nomẽ meum ſol iu
ſticię.Quid multis moror?omnes uno corde gaudere,uno ore omnes oĩa
bona dicere & laudare huius ſaluatoris illum diem,& optare illud tẽpus
de q̃ Dauid coram deo exclamauit,Mitte lucem tuam & ueritatem tuam,
illa quietabunt me,& reducent me in montem ſanctum tuum & in habita
cula tua.Super iſto aũt lucis uocabulo dixit Rabi Salomõ Gallus.Lucem
I tuam,id eſt regem Meſſiham,ſecundum ꝙ ſcriptum eſt,Paraui candela
brum Meſſihæ meo.Vnde certiores facti ſumus nulla de ſe ductum eſſe
opinione Dauid ꝙ ipſe idem ille foret rex Meſſiha,qui genus humanum
deo conciliaret,tametſi diuinum emanauerit oraculum.Inueni Dauid ſer
uum meũ,oleo ſancto meo unxi eum (quia unctus diciẗ Meſſiha) & ego
primogenitum dabo illum,ſupiorem regibus terræ.In æthernũ cuſtodiã
illi miſericordiam meam,& pactum meum fidele illi,& ponam in ſeculũ
ſeculi ſemen eius & ſedem eius ſicut dies cœlorum.Contulit ergo Dauid
ſpem oẽm in ſemen ſuum,ob idq; filiũ ex Bathſaba natum appellauit Salo
monem,ꝙ auditu receperat,crediderat q; Meſſiham,quo ſalus mũdo ue
niret

niret utiq; principem pacis fore, iuxta Cabalam ſibi reuelatã. In diebus eiꝰ erit abundantia pacis donec auferat̃ luna. De alio igitur ſemine ſuo intelligendum fuit q̃ de filio Bathſabe, is em̃ Salomon adamauit mulieres, per quas cor eius deprauatum eſt ut ſequeretur deos alienos, nec erat cor eiꝰ ꝑfectum cum dño deo ſuo ſicut cor Dauid patris eius. Quapropter ſuſcitauit deus Satan contra Salomonem, ut ei non eſſet pax integra qui pacis ſolum nomen haberet. Quotquot igitur Cabaliſtarum ſunt qui uniuerſam ſalutem in Salomonem retorſerunt, alium quendam Salomonem intendunt q̃ filium Bathſabæ, & aliud quoq; templum q̃ eius Salomonis q̃ templum a ſe conſtructũ diruptionis iuri ſubiecit, cui prædixit deus. Templum quod ſanctificaui nomini meo proiiciam a conſpectu meo. Qua de re peccatum originale non ualuerũt abolere, neq; Salomon hic, neq; templum hoc, quantumuis in Porta lucis à Cabaliſta ſic ſcriptum extat.

בתחלת בריאתו של עולם שכינה היתה שרויה
בתחתונים ובהיות השכינה למטה נמצאו
שמים וארץ אחדים והיו המקורות והצינורות
פועלים בשלימות ונמשכים מלמעלה למטה
ונמצא השם ית ממלא מעלה ומטה בא אדם
הראשון וחטא ונתקלקלו השורות ונשתברו
הצינורות ופסקה הבריכה ונסתלקה השכינה
ונתפרדה החבילה אחכ בא שלמה ובנה את
הבית ואז חזרו הצינורות וההמשכות:

i. Initio creationis mundi diuina cohabitatio erat deſcendens in inferiora, & cum eſſet diuina cohabitatio inferius, reperti ſunt cœli, & terra uniti, & erant fontes & cannales actiui in ꝑfectione, & trahebant̃ a ſuperiore ad inferius, & inueniebatur deus complens ſuperne & inferne. Venit Adã primus & peccauit & diruti ſunt deſcenſus, & confractæ cannales, & deſiit aquæductus, & ceſſauit diuina cohabitatio, & diuiſa eſt ſocietas. Poſtea uenit Salomon & exædificauit domum, & tunc reuerſæ ſunt cannales ac deriuationes ſeu ductus, atq; reliqua. Vbi de Salomone loquentes Cabaliſtæ rei potius uident̃ q̃ uocabulo alludere, cum illud intelligant de uenturo q̃dam rege pacifico iuxta Iſaiæ uerba, quẽ noĩa bit ip̃e miraculoꝵ operator, cõſiliarius, deus fortis, pater futuri ſeculi שר שלום i. principem pacis. Sane putauerũt aliqui Ezechiam regem hic fuiſſe deſignatũ ſed alii uerba legentes ſequentia, Multiplicabit eius impium, & pacis nõ erit finis ſuper ſolium Dauid & ſuꝑ regnum eius, intelligunt de rege Meſſiha qui ablaturus ſit uniuerſorum peccata, in animis hoĩm q̃tidiana bella

&pugnas mouentia,quæ parentes noſtri peccauerunt,ut ſcripſit Ieremi
as in libro Threnorum.Patres noſtri peccauerunt,& non ſunt,& nos ini
quitates eorum portauimus.Ita uideri qdem poterat Ionathæ Chaldæo,
qui pro Sar Salom, id eſt principe pacis traduxit ſuperiore in loco.
L משיחא דשלמא .i. Meſſiha pacis.De quo iterum Iſaias.Diſci
plina pacis noſtrę ſuper eum, & in cicatrice ac liuore eius ſanati ſumus,
Hic erit ille Salomon qui templum multo ſublimius eriget plane ſempi
ternũ & indiſſolubile.Sic.n.Cabaliſtæ ſcribũt. כי בית המקדש
של מטה מכוון כנגד בית המקדש של מעלה
.i. ꝙ domus ſanctuarii quæ eſt inferius diſponitur iuxta domum ſanctua
rii quæ eſt ſuperius.A Salomone igitur illius terreſtris templi conditore
M uſqꝫ ad regem Iehoachin eundem qui & Iechoniah (habent nãqꝫ ambo
noĩa eaſdẽ literas tametſi tranſmutatas) expectatio ſalutis uniuerſę apud
oẽm cœtum prophetarum in uẽturo Meſſiha collocata fuit,ab Iſaia uſqꝫ
ad Malachiam qui aiebat.Statim ueniet ad templum ſuum dñator quem
uos quæritis.Supꝫ quo Rabi Dauid Kimhi ſcribit ꝙ dñator hic ſit Meſſi
ha,qui & ipſe nuncius erit teſtamenti,quem Ionathan Chaldęus Rabona
interp̃tatur.Poſt prophetas aũt,expectatio ſalutiferi aduentus Meſſihæ
totaqꝫ Cabaliſtica exercitatio qualiſcũqꝫ extat,quam recte in eiuſdẽ Meſ
ſihæ ſempiternam liberationẽ inglomerant,implicant atqꝫ reducũt,oĩs
ea plane ad ſcribas legis & ſeniores quos appellarunt capita patrum qui
N præ multitudine haud numerantur,& ad magni concilii uiros deſcendit,
ſucceſſiue recepta ſcholaſticorum more,ab Ezra qui Cabalã tradidit Si
O meoni iuſto ſacerdoti magno ſynagogę p̃fecto,rurſus ab illo recepit eius
auditor Antigonus cum ſociis ſuis,de qbus fuerunt Zadok & Bethus,ra
dix hæreticorũ,unde dicti ſunt Zadokai & Bethuſai,ut ſcribit Iudas leui
ta in libri Alcoſder ſermõe tertio.Deinde Ioſeph filius Ioetzer,& Ioſeph
filius Iohanan Hieroſolymitanus,ab iis Ioſua filius Parahiah,cuius fuit di
ſcipulus qdã Ieſus Nazarenus Machabęorũ ętate,non ille chriſtianorꝝ.Et
Nithai Arbelenſis,a qbus & Iuda filius Tabai,& Simeon filius Sota,de q
bus Semeia & Abtalion,ab his Hillel & Samai q habuerunt multa millia
diſcipulorũ,ab iſtis Rabban Iohanan Ben Sdachai,& ille diſcipulos qnqꝫ
fouit,qui fuerunt Eligſder quem ſcribunt Eliezer filius Hircani,Ioſue fili
us Hananię,Ioſeph Cohen,& Simeon filius Nathanael, & Eleaſdar filius
Arach.De Rabban Iohanan qui centum & uiginti uixit annos ſortitus eſt
Cabalam ſuam Rabban Gamaliel,a q̊ Simeon filius,a quo ex liberis eius
Iuda Nagid qui magiſter noſter ſanctus dicit̃,eum filius Gamaliel recipi
endo imitatus eſt.Huculqꝫ Cabalæi q̊rum dicta & reliquas ſacræ ſcriptu
ræ allegoricas expoſitiones ſequuti ſunt Cabaliſtarum cœtus,Hanania fi
lius Acaſiæ,Abba Saul.Rabi Tarphon.Acabia filius Mahalalleelis.Ha

nania princeps ſacerdotum, Hahina filius Thradionis, Hanania filius Hachinæi, Nebonia filius Hacona, Halaphtha, Duſchai filius Iannai, Hanina filius Duſa, Doſa filius Harchinas, Rabi Akiba, Eleazar filius Azarię, Eleazar Haſma. Rab Leuitam, Rabi Iohanan filius Baroca, poſt eum Simeon ex liberis. Deinde Tzadok, tum Ioſi, hūc ſequitur Iſmael, & de alio genere Rabi Meir, a quo recepit Eleazar filius Iacob, & Iohanan Sādlar, & Eleazar filius Samua. Deinde Neorai, poſt quem Ianai & Mathathia & Samuel minor, & Eliſſa filius Abuiah, & Eleazar de Kaphar, & Iuda filius Thema, & Ioſua filius Leui, & præter illos alii multi qui aliquando propter diſputationes Thalmudicas appellantur Thanaim ceu dictatores, & propter ſummarum rerum meditationes ab inferioribus ſingulis ad excelſiora quæq; reductas, a maioribuſque receptas, & poſteris traditas, quibus toto ſtudio innituntur Mekablim hebraice, ac noſtra ætate a latinis, autore Ioanne Pico Mirandulano Comite, ante quem nomen eorum Romanæ linguæ incognitum erat Cabaliſtæ aut Cabalici dicuntur. Tum MARRANVS. Noſti ne inquit eum uirum peritiſſime Simō qui primus latinis Cabalæ uocabulū prodidit. Et SIMON. Noui nempe (ut opinor) ipſum ait olim domo exulantem apud Gallos & Allobrogas pulſumq; patria & fugatum acerrime ab inuidis quadam deteſtabili perſecutione propter eximia philoſophiæ ſtudia ſua & nobile ingenium. Eſt adeo genus hominum, ut ait Terentius, qui eſſe primos ſe omnium rerum uolunt, nec tamen ſunt, ex coruo forte nati, quæ auis uſque ad Coronei annos, ut eſt in fabulis, ueſtita prius albis plumis, poſterius nigris, colorem indumenti eis præbet candidi & atri, unde fratres atrati dicuntur, quippe uolucris ea ob impiam delationem ſemper odioſa phœbo, Sed utrique ueſtrum nota eſt hęc poeſis, hi tunc fuerunt œſtrum, hi maſtiges hi canes tam generoſi & tam eruditi chriſtiani, noſtro ſeculo multa Hebræorum arcana dogmata Romanis auribus perquam docte impertiti. Ad hæc PHILOLAVS. Relictis ait rebus geſtis ad artem Cabaliſticam ſi mihi creditis reuertendum nobis eſſe conſulo, quoniam aliquanto poſt aduesperaſcet, & uota noſtra uix dici queat quàm alio tendant. Percucurri equidem ſingula, inquit Simon, nihil falſius de me ultra expectabitis. Et Marranus, Si ſic inqt, ego certe fregerim ſermonem tuum ualde incommode. Nam orationis filum texebas tum maxime aptum ei rei quā deſyderamus, & nihil erat quod magis placuit quàm poſt rectam Cabalæ definitionē noſſe quid illud ſit quod ꝑter cętera mortaliū generi egregius reuelatum fuerit, tum quis quid reuelauerit, & quis receperit, quo in puncto mea interpellatione abductus es, id quod ſubdoleo. Quare mi tu oramus ut redeas. Ego uero hilare quidem obſequar, SIMON inquit,

& tandem ad modum artis quem optare uos animaduerti properabo, ni
ſi iam ueſpera imminet, quando & uos audiendo forte cum faſtidio, &
ego ipſe loquendo defeſſi ſumus. Satis enim multa nobis tam breuibus
horis exciderunt, & quæ mea fuit uel temeritas ſi uultis, uel quod uerius
eſt ſingularis erga uos dilectio, quod in tanta re fieri non debuit, omnia
imparatus dixi ex tempore. Tum PHILOLAVS, At obſecramus
uterque, compleas abacum calculo autorum qui Cabalam & tenuerunt
& tradiderunt, ne hoc ſermonis membro nondum perfecto ad diuerſo
rium noſtrum ut oportet cœnaturi abeamus. Quo dicto rurſus Simon
Extant ſane, inquit, meo arbitratu Cabaliſtæ innumerabiles (nec enim nu
mero comprendere refert) eorum partim qui audiere tantum, alii uero
qui & auditores & ſcriptores fuere, tamen quando ita urgetis recenſebo
perfunctorie nonnullos quorum libri de Cabaliſticis contemplationibus
quotidiano ueniunt uſu, quantum mihi ſuppetit memoria, quanquam
non in omni parte omnes integri, aliquorum enim ſola fragmenta ena
tarunt, reliqui proh dolor ita extincti ſunt ut uix nominum recordatione
doctiſſimorũ hoĩm monumẽtis innoteſcãt. Nã ut priſca patres uolumina
iniquitate temporum & longo tractu annorum perdiderunt, cum haud
mediocri poſteritatis damno quorum noſtri tamen meminerunt, ita nos
iam in ipſo mundi ſexto millenario uiuentes, maiorum noſtrorum libros
uel uetuſtate quæ omnia conſumit, uel bellorum malignitate, uel inunda
tione ac uaſtitate, uel improuiſo ignis caſu, uel quandoque odio & inui
dia turpi & deteſtanda, quæ incendiarios librorum inertes & ſtultos eti
am æuo noſtro ſollicitauit amiſimus. Citantur ab hominibus fide dignis
Henoch libri & Abrahę patris noſtri, quin & Moyſes allegat libros bel
lorum domini. Ioſue librum iuſtorum, & uniuerſitatem librorum Kiriath
ſepharim quam Athniel duce Caleb expugnauit. Aſuerus libros memo
rabilium. Ionathas in Machabæis libros ſanctos de Spartiatis. Paralipo
mena commemorant libros lamentationum. Libros Samuel uidentis, &
Nathan prophetæ, & Gad uidentis, & Semeiæ prophetæ, & Haddo ui
dentis, & Ahię Silonitis, & libros Iehu filii Hannani, qui omnes nuſquam
ſunt. Querimur & bibliothecam Darii, ut eſt in Ezra, fuit ea in Ecbatanis
pretioſa. Pari exemplo innumeri noſtro ſeculo autores periere, tametſi
non dubitamus ſupereſſe plurima quæ ipſi necdum uidimus, nec iſtam
de me gloriam cum Mirandulano iactare poſſum ꝙ quæ ille quondam
Ezra, de Cabaliſticis ſecretis ſeptuaginta conſcribere uolumina iuſſit,
ea mihi ſumma impenſa conquiſierim, cui ne tantidem prope auri & ar
genti ſit quo eos libros ſi ſuperarent ac offerrẽtur licitari queam. Vtimur
autem non adeo libroſi attamen pro noſtra uirili Abrahæ libro patris no

ſtri, cui eſt inſcriptio יצירה de creatione, quem non parum literati quidam aſſignant Magiſtro Akiba profecto nobilibus ſcholiis ornatum, ut qui alioquin exiſtat reconditus & obſcurus. Et libro הזוהר de ſplendore, quem compoſuit Simeon filius Iohai cum in q̄dam uaſto & tenebricoſo ſpecu quatuor & uiginti annos delituit. Et libro הבהיר de Candore qui a ueſtris Lucidarius dicitur. Sunt & q̄s edidit in Cabala ille Abraham Alaphia, & inſignes commentarii Ramban, nam ita collectiue noĩatur Rabi Moyſes filius Nehmani ſup̱ arcana legis quē appellatis Gerundenſem, & Commentarii oĩum doctiſſimi receptoris Rabi Mnahem Racanat ſuper arcana Ramban. Et liber ꝑplexorum Rambam, in fine per Mem, id eſt Rabi Moyſi filii Maimoni quē uocant Moyſen ęgyptiũ. Et liber שערי צדק .i. portę inſticię quē cõſcripſit Rabi Ioſeph filius Carnitolis. Et liber שער אורה .i. porta lucis Magiſtri Ioſeph (ut ferũt) Caſtilienſis in Hiſpania. Et liber האמונות .i. de credulitatibus, cuius autor fuit in Aſia Rabi Saadia. Et liber סוד התורה de myſterio legis quem ſapiens ille Abraham Aben Ezra confecit. Et liber Rabi hamai filii Hanina qui dicitur eloquentiſſimorum caput in Cabala, & eiuſdem autoris liber העיון id eſt ſpeculationis. Alius deniqꝫ liber פירוש קדושה .i. commentariũ ſanctitatis, quem ſcripſit Rabi Azariel. Et liber שמות .i. de noĩbus. Et liber explanationum alphabeti, cuius eſt inſcriptio סדר פירוש האלפאביתא ex rabi Akiba. Et liber Rabi Ama שער הרזים de reconditis pſalmi undeuigeſimi. Et liber היחיד .i. ſingularis de unione ſeu collectione, cuius meminit Rabi Abraham Aben Ezra de myſterio legis capite primo. Et liber סודות .i. myſteriorũ. Et liber queſtionum abſtruſarum. Et libellus Cabalæ quē edidit Azariel, aliis Oriel Garonenſis. Et liber qui prænotatur דרך האמונה ודרך הכפרה de fide & expiatione, Et liber radicum Rabi Ioſeph Albo cui pariter Cabalæ titulum præfixerunt, quamuis ille magis ethica commentetur q̄ anagogica. Extat demum liber elegantiſſimus in Cabala aduerſum philoſophaſtros nomine Alkozer more arabico, quem compoſuit Rabi Iuda Leui, cuius hæc ſunt uerba כי אין קבלה טובה אלא עם הלב הטוב׃ .i. Qꝫ non ſit Cabala bona niſi cum corde bono. Vbi plurimum mihi uiſus eſt ſapienter a tam ſancta contemplatione malignos ſophiſtas repuliſſe, qui tanquam muſcæ

morientes,omnis ungenti quantumuis precioſi ſuauitatem perdunt. Vti
mur deniq; commẽtariis in librũ יצירה Magiſtri Iacob Cohen & in
eũdem librum compoſitiõe Rabi Iſhac quem inſcripſit explanationẽ no
minis ſancti.Eſt liber etiam quem edidit Rabi Tedacus Leui de decẽ nu
meratiõibus Cabaliſticis.Nolo addere librum,Salomoni ſub nomine Ra
zielis inſcriptum,quia eſt fictio magica,hactenus quidem rei meæ fami-
liaris penuriam chartaceam quam cæteris non ſolebam certe uobis pere-
grinis planiſſime aperui,at mea tamen ſententia nemo unquã de iſta ſcri
pſit arte uſq; dudum artificioſius,nemo diſtinctius,nemo lucidius q̃ Rabi
Ioſeph Bar Abraham Caſtilienſis ciuis Salemitanus,tria huius facultatis
uolumina ſtudioſe molitus,quibus omnem Cabaliſtarum inſtitutionem
fecit clariorem,primum de dictionibus,ſecũdum de literis,& tertium uo
lumen de punctis. Eius libri titulus extat גנת אגוז id eſt Hortus nu
cis,iuxta Salomonis cãtica,In hortum nucis deſcendi,ut uiderem amœna
V uirgulta. Apparet nucem hanc eſſe ut pomum aureum argenteo retiacu
lo incluſum,ut legitur in prouerbiis.Mala aurea in lecticis argenteis uer-
bum prolatum iuxta modos ſuos.Ita eſt Cabala pomum illud aureũ atq;
diuinum argenteis filis,uidelicet ingenioſis inſtitutionibus & humanis ar
tibus circumligatum,quale fieri conſueuit aurificum opificio qui ſubtili-
bus cælaturis aureum boni odoris pomum non omnino tegunt aut ope
riunt argento,ut nihil eius uideri queat,ſed cauatis quibuſdam foramini-
bus & argẽteis cãcellis tum pomi colorẽ eminere tum ambrę odorem ef
flare ſinunt. Aſpicientibus tamen longinque totum id quod reticulatum
eſt uidetur argentum eſſe integrum,propius autem intuentes ſi ſtudioſe
rimentur ſimul aurum quoq; reperient,& quo magis aurũ ab argento di
X ſtat,eo longe plus ab arte Cabaliſtica probatur differre Cabala,quamuis
ambas ſpecies unum genus ſpiritualis inſtinctus complectatur.Sed altera
Y præcedit alteram ut oraculum Hierophantas, utq; unius generis aurum
id quidem bonum eſt,illud autem optimum,ad quem modum in Penta-
teucho de Heuila narratur,q aurum terræ illius bonum eſt,non enim il-
lic ſcribitur optimum ut quidam legunt,ſed bonum. Et in Iſaia de Ophir.
Z Dignabor hominem pluſquam aurum optimum & aurum de Ophir. Ita
quicquid de ſacra ſcriptura homines optimarum artium amatores ſcien-
tia naturali addiſcunt,auro bono par eſt,& appellatur opus de Breſith.
Quod uero ſcientia ſpirituali recipimus opus de Mercaua dicitur, & au-
ro æquatur optimo atque puriſſimo. Scribunt enim Cabaliſtæ ita.
A שמעשה בראשית חכמת הטבע ומעשה
מרכבה הוא חכמת האלהות: .i. Q opus de Breſith
eſt ſapientia naturæ & opus de Mercaua eſt ſapiẽtia diuinitatis.Et quoniã
utraq; ſapientia utcunq; circa mundum & ea q̃ cõſiſtũt in mundo uerſat̃.

Eſtq; Thalmudiſtarũ & Cabaliſtarũ ea in re unanimis arbitrat⁹, φ duo ſint mundi, Primus intellectualis, qui uocat̃ עולם הבא .i. mũdus il B
le uenturus ſcilicet q̃ ad nos. Et ſecundus ſenſibilis, qui dr̃ עולם הזה
.i. mundus iſte præſens, q̊d ex uerbis ſapientum noſtrorum recepimus, de
nominis diuini quadraginta duarũ literarum ſtudioſo cultore ſic dicentiũ
φ talis dubio ꝓcul exiſtat אהוב למעלה ונחמד למטה
ונוחל שני עולמים העולם הזה והעולם הבא:
.i. Dilectus ſurſum & deſyderatus deorſum & hæreditans duos mundos,
mundum p̃ſentem & mundum futurum. Iccirco diuidunt̃ Thalmudici &
Cabaliſtæ ſecedentes in duas facultates, tametſi ex creditis receptionibus C
ambæ ſimiliter oriantur & emanent. Nam utriq; maiorum ſuorum tradi
tionibus fidem habent, etiam nulla ratione reddita. Sed hac diſtinguũtur
deputationis ordinatione, φ omne ſtudium, oẽm operam, omne conſiliũ
laborem & diligentiã, uniuerſam quoq; mentis ſuæ intentionẽ Cabaliſta D
fœlix ille atq; beatus a mundo ſenſibili finaliter ad mundum intellectualẽ
tranſfert & traducit. Thalmudiſta uero in mundo ſenſibili permanet ac
aĩam uniuerſi huius mundi non tranſcendit, φ ſi qñq; liceter ad deum &
beatos ſpiritus pergat, non tñ deum ipſum ut immanentẽ & abſolutũ ac-
cedit, ſed ut opificem cauſamq; rerum & circa ſua creata occupatũ, Ange
los aũt ad miniſteria quotidiana, diuinæq; uoluntatis effectus exequẽdos
mancipat, altiſſimarum rerũ contemplationes ad hunc inferiorẽ mũdum
ſemper referens. Earum tñ facultatum altera ſæpe alterius ſenſa mutuat̃,
& ad ſuũ deſyderiũ trahit. Emuero qñq; ſtudia ultro citro ĩter ſe cõicant E
Thalmudici & Cabalæi, ut actiua uita & cõtemplatiua, licet unũ eũdẽq;
ſacræ ſcripturæ contextum plærunq; alter ad timorem ſeruilem, alter ad
amorem filialem ſuo more lepida ſuaſione inuitet. Apparebit eñ acri ſtu
dio Thalmudiſta ille circa legis p̃cepta & mandata reſidere, illa exponere
illa dirigere, illa uenerari & exoſculari, ut nihil aliud recte definiam⁹ thal-
mud eſſe q̃ legis explanationem ad intentionẽ autoris. Vnde Thalmudici
מפורשים dicti ſunt, & פרשי .i. expoſitores & phareſai, qui de
ſuggeſtu & cathedra Moyſi ſemꝑ inſtant operi, prędicant, & plebem hor
tantur cum propheta regio dicentes. Seruite dño in timore, ac cum Ioſue.
Timete dñm & ſeruite ei. Quin & hoc ita facite ac illud ſic obmittite cum
tali & tali moderamine, unde ſeſcenta & tredecim præcepta uno uerbo
תרי״ג comp̃henſa in duo capita redegerunt עשה לא תעשה
.i. fac ne facias, quæ uos affirmatiua & negatiua cõſueuiſtis appellare, mul F
tum ſcitu commoda & uſu perq; neceſſaria. Cabaliſtæ aũt q̃uis teſte ueri
tate uiri ſint legem pie obſeruan tes, tñ contẽplationi plus incumbunt,
Ideoq; appellantur אנשי העיון מבעלי התורה .i. uiri ſpe-

culatiõis ex magiſtris legis. Hi curam reipublicę ac priuatorum domi bel
F liqꝫ ritus & cõſuetudines in iudicialibꝰ & moralibus cũ ſua hiſtoria p̃enęs
Thalmudiſtas relinquentes ea ſibi tm̃ quæ ad animi quietem & tranquil
litatem pertinent, & ad amorem dei reſeruarunt. Sic enim aiunt כונת
כלל התורה שני דברים והם תקון הנפש
ותקון הגות .i. Intẽtio uniuerſę legis duę ſunt res, bona diſpoſitio aĩę
et bona diſpoſitio corꝑis. Tota nanqꝫ lex p̃cipue ad ꝑfectionẽ hoĩs tẽdit,
& ſecũdum eam duas cõſequimur perfectiones, mentis alteram & alterã
corporis, longe uero dignior ea eſt & p̃eminentiæ altioris q̃ animã iuuat
& uitam perpetuat, quanq̃ idonea corporis habitudo & debita cõpoſitio
eſt tempore naturaqꝫ prior. Igitur altiore loco & digniore gradu habẽdi
G ſunt Cabaliſtæ illã legis expoſitionẽ ſequentes, q̃ per quædã ſymbola mẽ
tis eleuationem ad ſuperos & ad rem diuinã q̃maxime propellit, hanc ap
pellant græci ueſtri anagogicam inſtitutionẽ quæ nõ modo philoſophia
ſit ſed & ſophia ipſa, hoc eſt ſapiẽtia. Vnde merito ſapientes denoĩant̃,
להלוך נגד החיים ut concionator inquit Salomon, qm̃ per-
gunt illuc ubi eſt uita, & pro mortalium captu adhuc in corpuſculis habi
H tantes a tp̃e ad æthernitatem, & ab infimis aſcẽdunt ad ſumma. Facite pe
riculum ſi uultis honorandi aduenæ. In principio creauit deus cœlum &
terram, Sane cœlum Thalmudicis uocãtur omnia uiſibilis mundi quæ ſu
pra lunam ſunt, & quæ ſubter eam appellant terram. Deinde cœlum q̊qꝫ
interp̃tantur formam, & terram eſſe uolunt materiã, quare in principio
aiunt creauit deus formam & materiam, quarum denuo compoſitionem
in ſingulis quibuſqꝫ opifice oraculo fabrefecit, & om̃ia non tam manu
tornauit qꝫ nouies uerbo dolauit. Legitur enim ויאמר אלהים
.i. & dixit deus, Fiat lux, & dixit deus, Fiat firmamentum, & dixit deus, Cõ
gregentur aquę, & dixit deus, Germinet terra, & dixit deus, Fiant lumina
ria, & dixit deus, Producant aquæ reptile, & dixit deus, Producat terra, &
dixit deus, Faciamus hoĩem, & dixit deus, Ecce dedi uobis omnem herbã.
Igitur perfecti ſunt cœli & terra cum omni attinentia & tota ſupellectili
eorum, ut ſunt quatuor elementa quæ dicunt̃ tenebræ primo nominatæ,
ſpiritus dñi, aquæ ſub firmamento, & arida. Sequunt̃ pariter & cętera mi
ſta q̃ uulgo elemẽtata uocãt, ut aues & uolatilia, beſtię ac reptilia, piſces &
cete grandia, & eorum oĩm dñator homo cui ex uniuerſis corporeis uni
conceſſum eſt liberum arbitrium, quo ne male uteret̃ figũtur ei leges, pro
mulgantur conſtitutiones, comminant̃ tranſgreſſionis pœnæ. Cum item
ignis influens nuncupet̃ cœlum, id eſt שמים quaſi אשומים id eſt
ignis & aqua, & nihil ex ſe producat, ſed producta ſolum cœleſti, hoc eſt
humido calore foueat, tum recto ꝗdem ordine recitant̃ in illo conſtituta
fortiſſime influentia ſol & luna, ꝗbus ducibus omnes reliqui notant̃ exerci

tus, lu

tus,luminaria & ſtellæ,nox & dies,ſplendor & tenebræ,ſigna & tempora
dies & anni. Hæc itaq; de globo corporeo & reclуſis in eo miſtis. Duo ue I
ro mundi a Cabaliſtis ſunt recepti,corporeus & incorporeus,uiſibilis &
inuiſibilis,ſenſibilis & mentalis,materialis & idealis. Inferior mundus &
ſuperior,cum legunt In principio creauit deus cœlum & terrã,& ita ſym
bolice cœlũ ſumma,terrã ĩfima deſignare putãt,hoc modo interp̃tãtes
בהתחלה ברא השם העליונים ותחתונים: .i. Ini-
tio creauit deus ſumma & infima.quo nimirum arbitrant̃ ſimplicẽ & im
materialem mundum ſumma cõtinere, compactum uero & cementariũ
hũc,infima,unde & legẽ diuinã Breſith de creatiõe promulgatã cœpiſſe
ab ipſa litera beth q̃ in arte arithmetica inter numeros duo ſignificat, per
inde atq; ſic notatorie inſinuaret,duo principaliter creauit deus, totum
mundum ſupremum cum omnibus in eo degentibus,& totum mundum
infimum, omniaq; ad illũ p̱tinentia. Nam Sin aliter, fuiſſet utiq; ſatis
Moyſen ita ſcripſiſſe ראשית ברא אלהים שמים וארץ
quod haud ſecus ac eodem illo more a latinis legeret. Initio creauit deus
cœlum & terram. Potuit enim ſummariũ illud creationis non incipere a
beth litera. Sicut Salomon in prouerbiis. Domin⁹ poſſedit me principio
uiarum ſuarũ,ubi ſine beth & abſq; ulla alia p̃poſitione ponit̃ principii di
ctio. Cęterum p̃ter conſuetudinem duobus iſtis creatis adiunxit bis binos
articulos את & ה. Vnum excellentis demonſtrationis qui dicit̃ ha, &
alterum omnimodę comp̃henſionis qui conſtituit̃ ex aleph primo alpha
beti elemento & ultimo thau,& eſt id q̃d græci aiunt alpha & o,& Roma
ni prora & puppis,ubi uiſus eſt per cœlũ,oĩa excellenter ſimplicia ſpiritu
alia complecti,ab aleph ad thau,id eſt a primo ad ultimũ,& per terram ſi
militer a capite ad calcem oĩa excellenter corporalia & iis cõtenta, nihilo
tñ minus ſingula in ipſo uno principio tã q̃ unicũ creatum. Sicut Ezechie K
lis rota in rota,cum ſuis q̱buſcunq; inuolutis uiſa eſt una eſſe ſimilitudo
gloriæ dñi, & ut ipſius Rabi Saadiæ in libro Amunoth .i. credulitatũ
propriis uerbis utar כחלמון בתוך ביצה .i. Sicut uitellus in
medio oui,ſeu ut ego ipſe dicere ſoleo,inſtar alboris oui unius, teſtaceo
firmamento contenti,uitellũ ipſum inglomerantis,ita primus mundus ille
intelligibilis ſecundũ implicat,ut tota uirtus eius inde gubernet̃,quo fit ut
conſtringãt̃ utriq; uinculis concordiæ,adeo ut ſæpe tam ſuas q̃ comp̃hẽ- L
ſorum naturas & appellationes mutua ſibi liberalitate condonent. In ſe-
cundo nanq; hoc eſt ſenſibili mundo ſphærę nouẽ mouent̃ ab empyreo
immobili cui Metattron aſſiduo p̃eſt,at in primo nouem angelorũ chori
mouentur ab immobili deo, Sicut in immobili ſilentio cunctorũ creator
primo ſimul omnia creauit,poſtea nouenario ſermone ad proprias ſingu
la quæq; diſtinctiones loquẽdo commouit. Noĩantur & uiciſſim ignis ſe

raph,aer cherub,aqua tharſis,ariel terra,& q̄ in mundo ſunt inferiori ea non parum multo meliore nota ſunt in ſuperioribus.quapropter hæc inferiora congruenter appellari queāt uerorum exemplaria,& adumbratę ſupnorum imagines,ſigna,notæ ac ſymbola quibus mouemur ad cogitā dum de ſupcœleſtibus & angelicis ſubſtantiis uirtutibus & operatiōibus quodam tramite abſtractionis uel aſſimilationis uia uel alia quadam rati one ac modo nobis carne indutis poſſibili.Vnde ſtatuūt duos quoq; pa

M radiſos,alterum cœleſtem & alterū terreſtrem,in quibus pręmia uirtutū conſequantur utriq; tam homo terrenus q̄ homo cœleſtis,ut in huius or bis terra q̄ diu in corpore fuerit hoſpitatus tanq̄ in aliq̄ corruptibili horto uoluptatis,gloriam & honorē gaudium & lętitiam,omneq; deſyderium delectationis ſuæ ob alicuius heroicæ ac p̄eminentis & a filiis huius ſeculi laudatæ uirtutis cauſam lucretur,q̄ tn̄ umbræ ſunt & res caducæ fumo ſimiles.In cœleſti uero terra & uerius uiuentium ſupcœleſti ubi extat amœ nitatis æthernæ immarceſſibilis paradiſus,aīæ hoīs in uita mortali olim ſecundum uirtutem recte operati,nunc exutæ clementiſſimus ille maximus & optimus deus oſtendit omne bonum,q̄d ne uidere quidem antea potuiſſet tam graui & tam dēſo cadauere obſcuri corporis,onerata,illud noīatur & in Cabala & in Thalmud איספקלריא המאירה .i.Speculatio illuminans,hoc eſt uiſificans, quā uos cognitionē intuitiuā dei appellatis,ut q̄ contingat animæ ſeparatæ per lumen gloriæ,ac a maturiſſime pēſitātibus ſola eſſe beatifica probet̄.Nā alia fit,p ſpēs cōnaturales q̄ nō eſt beatifica & איספקלריא שאינה המאירה .i.Contemplatio quæ non ſit illuminans uocatur.Nunc uero qn̄ clara dei uiſio & perpetua ſummæ diuinitatis fruitio,pro ſup̄ma hoīs parte,intellectu & uoluntate beatis donantur,iccirco iure optimo ea niſi in ſup̄mo mū do,contingunt nemini,Sic aiunt Cabaliſtæ כי טרם שישיג לראות תפרד נפשו מעליו: .i.ꝙ anteq̄ apprehendit hanc intuitionē ſeparatur aīa eius ab eo.Quare mortali homini ſiqn̄ deus uideri dicit̄,id per angelum fieri putatur במראות המלאכים ut ſcribit Ramban Gerundenſis in Exodo.Quamobrem pro duplici homīs conditione ſpirituali & corporali,ac pro duplicis mercedis retributione, duplicem, ut audiuiſtis, paradiſum aſſerunt ita dicentes כי גן עדן ונהרותיו עם העניינים שתראה במעשה בראשית כלן כנגד צורות השכליות ועליונות הן מכוונים: .i. Q; paradiſus & flumīa cum ſingulis rebus quas cer nis in opere Breſith,oīa iuxta formas intellectuales & ſupnas ſunt diſpoſi ta,id ita ſentio etiam cum auro de Heuila bdellio ac onychino,cęteriſq; in finiti pretii gemmis.Eodem modo & eadem forma duplicē gehenam ſcili

N cet duos tartaros eſſe deputatos iidem Cabaliſtę aſſeuerant,ſuperioris & inferioris

inferioris mundi ad torquēdum nociua corpora in tp̃e, ac animas prauas in æthernitate. Nomen eis comune inditum eſt ארקא .i. Arka, hic eſt tartareæ pœnæ locus, qui p̃ter cætera, ſeptem immaniora duriſſimarum pœnarum receptacula, criminum reis iuſto dei iudicio deſtinata compre hendit. Sicut Cabaliſta ille in Horto nucis uolumine ſecundo de ſeptē ha bitaculis inferorum, tractat his uer bis. שני מיני גיהנם הן
עליון ותחתון׃ אחד לגוף בעולם הזה אחד
לנפש בעולם הבא אחר זה׃ והמקום הכולל
כל אילו הוא הנקרא ארקא כי בו הם גיהנם
ושערי מות וצלמות ובאר שחת וטיט היון
ואבדון ושאול׃ .i. Duę ſpecies Gehenā ſunt, ſupior & iferior, una ad corpus in mundo iſto, una ad aiam in mūdo uenturo poſt iſtū, & locus comp̃hendens omnia hæc, eſt uocatus Arka, qm̃ in eo ſunt, Gehenam, & portæ mortis, & umbra mortis, & puteus interitus, & lutum fęcis, & perditio, & fouea, hucuſq; Ioſeph Caſtilienſis. Iam hæc uincula, hic carcer, hę compedes, hæc ſeruitus, hæc captiuitas peccata noxiorum manent, tā corporum in mundo p̃ſenti q̃ animarum in mundo futuro, ut iuſtos ęqua comitentur uirtutum prǫmia, & iniq̃s debita ſequantur uitiorum tormēta. Quid nam aliud debetur rectis q̃ uita & honor? quid aliud prauis q̃ mors & horror? Nec id uſq; adeo temporaliter intelligē dum eſt. Sed ut Cabaliſtę uolunt, etiam intellectualiter, ſic.n. ſcribunt צדיקים אפילו
במיתתן קרואים חיים׃ ורשעים אפילו בחייהם
קרואים מתים׃ .i. Iuſti etiam in morte ſua dicunt̃ uiuentes, & maligni etiam in uita ſua dicunt̃ mortui. Quo peritis in Cabala non erit obſcura dei ſententia. In die qua comederis ex eo morte morieris, uidelicet non corporali ſed ſpirituali. Nam uixit Adam poſt eſum uetitum ultra nongētos annos, in momento tñ ip̃o mox atq; legē tranſgreſſus erat morte moriebatur. In peccato, inq̃, ſuo, toti humano generi & prolis futuræ propagationi æthernis inferorū habitaculis deſtinatę ſontico nimis & contagioſo. Quouſq; dei placito ueniret Meſſiha ille redemptor, qui hoiem in paradiſum reduceret non terreſtrem ſed cœleſtem, & uitā liberis redderet, quam parens amiſerat, æthernā non temporalem, animæ non corporis, illam ipſam dei familiaritatē & iucundiſſimum diuinitatis aſpectum, omi uoluptate pleniſſimum. In hunc oēs ueri Cabaliſtæ non ſophiſtici totā ſuā fiduciam figunt atq; locant. In hunc omnia ſanctarum ſcripturarum ſalutaria uaticinia retorquent. De terra promiſſionis, de Ieruſalem ciuitate cuius participatio eſt in idipſum, de monte dei, & loco ſancto eius, & uia ſancta, & ſanctuario, & atriis domini, & templo domini, & domo domini, & porta domini, & cæteris ſimilibus multis, quæ Rabi Moyſes ægyptius

in ſuo Miſne id eſt deuteronomio, ſic etiam intelligi de cœleſti beatitu-
dine uoluit. Qua de cauſa multum & ſępe cum Thalmudiſtis certamus, &
plurimum utrinq; in duas imus ſententias. Illi oēm liberationem regis Meſ
ſihæ de corporali captiuitate ſeu uerius diſperſione noſtra conant̃ ad tu
multum, ad ſtrepitus armorũ, ad expeditiones bellicas, ad expugnationes
regionum & deuaſtationes terrarum, & Iſraelitici exercitus uictoriam re
ferre, ut q̊ndam ſaluatore Moyſe legimus aduerſum Chananæos & Pale
ſtinos noſtris maioribus contigiſſe, aut ſaltem ad exq̄ſitum euaſiōis inge-
niũ quo ſunt in aliis liberationibus ut multi uafre ut ego puto ſancte uſi,
quando tot ſeculis ſub tot regnis diſperſi exularunt, ut ſub Babylonico an
nos ſeptuaginta, ſub Perſico quinquaginta quatuor, ſub Græco centum
& triginta, nunc ſub Romano mille quatringentos nec dum finis. Nos cō
tra, meo arbitratu, rectius Cabaliſtice Meſſiham eſſe uenturum putamus
ad liberandũ miſeros humani generis mortales, de uinculis iniuſticię orī
ginalis, ad dimittendum peccata, & ad ſaluandũ pie deo ſeruientium aīas
in Adam patre noſtro a uita ætherna excluſas, uſq; ad ſatiſfactionē Meſ
ſihæ, qui ut conſummet̃ iuſticia miſericordis & clementis dei manum ſuā
mittat & ſumat de ligno uitæ & comedat de eo, ut per illum uiuamus in
æthernum. Ea ſatiſfactio non in faſtu regio, nec iactantia honoris ac glo
riæ fieri debuit, eo ꝙ originale peccatum a Meſſiha expiandũ de ſupbia
& elatione pullulauit. Quin potius in humilitate ac tolerantia, non in cur-
ribus & in equis, ſed in noīe dñi dei noſtri, & nō in uictoria, nec humano
triumpho, ſed in labore, ieiunio, uigiliis, fortitudine animi, contemptu ce-
nodoxiæ, miſericordia compaſſibili, amore dei p̃cipuo, dilectione hoīum
recta, & in ipſa tandem heroica liberali ac ſpontanea morte, qm̃ contra ui
tium ſola uirtute pugnat̃, & imperia, principatus, ſtemmata, coronas, hui⁹
ſeculi nemo ſapiens unq̃ magni duxit. Quin hoc eſt ſapere, gloriam huius
mundi contemnere, qm̃ cum interierit glorioſus diues, non ſumet omnia
(ut inquit Pſaltes) neq; deſcendet cum eo gloria eius. Quicquid igit̃ de
trophæis & de ſubiectione populorum ſcribit̃ in literis conſecratis, id oē
poſt creditam nihilominus hiſtoriam ſi q̃ facta enarrant̃, de mundo tñ in
tellectuali & ſupernis poteſtatibus a Cabaliſtis ītelligitur, ita ut Meſſiha
rex futurus optimo iure leuia & abiecta hæc iſtius ſeculi deliramenta ma
giſtratus honores & regna tanq̃ uana & ſtulta non modo neglecturus ſit,
uerum etiam contempturus, qui ad abolendum humanæ ſpeciei reatum,
& ad aperiendum uirtuti uiam aduenit. Vnde uerus ipſe Meſſiha ſi re-
cta ducimur ratione de ſolo Iſaiæ nobili capite clari⁹ cognoſcet̃, quod ſic
incipit הנה ישכיל עבדי i. Ecce intelliget ſeruus meus, & ſic de
finit ולפשעים יפגיע & pro trãſgreſſoribus orabit, quo ſupra
ꝗ̃ dici queat miror non abſq; ſingulari apud cæteros exterarum nationũ
homines

homines uerecundia (uobis ego ſolis confidenter loq̃r) Rabi Salomonē & Dauidem Kimhi aliosqꝫ de noſtra ſecta non parū doctos uiros neſcio qua puſillanimitate uel ſi forte coram gentibus pudore, totum illic cōtextum Iſaiæ de ſolo populo Iſrael nunc paſſim diſperſo torue interp̃tari, cū planiſſime ſit de illo ipſo Meſſiha prophetatū; q̊d Chaldaica Ionathæ traductio noĩatim exprimit dicens הא יצלח עברי משיחא .i. Ecce proſperabitur ſeruus meus Meſſiha. Hic eſt ille ab Iſaia in ſpiritu prophetico uere uiſus eo loci, homo dolorum & infirmitatis exp̃tus, uultu abſcōdito, nullius honeſtæ reputationis uir, diuina percuſſione tactus, deſpectus & uitatus, tonſus ut agnus, occiſus ut ouis, a terra uiuentium abſciſus, & cum ſceleratis reputatus & inter filios hoĩum inglorius. At uero quid inter filios dei? plane multum exaltatus & eleuatus & ſublimis ualde. Nam gñationem eius quis enarrabit, et dñi dei uoluntas per manū eiꝰ dirigitur, & dñs aboleuit in eo iniquitatem omnium noſtrum, quia de ſcelere populi percuſſit eum. Ipſe.n. uulneratus eſt propter crimina noſtra & attritus eſt propter iniq̃tates noſtras, qui certe iniq̃tatem non fecit unquā & nō fuit dolus in ore eius. Sed dñs uoluit contuſionem eiuſdem uulnerati. Quapropter cum ſit ipſe iuſtus dei ſeruus, multos iuſtificabit per agnitionem ſui, & iniq̃tatem illorum ipſe portabit, & peccata multorū tollit, & pro peccatoribus intercedet. De uero Meſſiha hæc oĩa uidit Iſaias & profecto non eſt mentitus. Iſta firmiter eſt illa congregatio Iſrael iuxta Cabaliſtarum opinionem, & illud ſalutare dei noſtri tam ſæpe promiſſum ut iuſtificemur בדעתו .i. in cognitione eius, non ut ſaluemur in tumultu nec in fuga, ſed ſub uno rege ac in uno fidei conſiſtentes exercitu, liberemur in morte atqꝫ cognitione Meſſihæ qua finitur peccatum, & remouet̃ obſtaculum claræ uiſionis dei, hoc eſt humani generis originalis ac contagioſus reatus. De quo ſic in libro Cabalæ de fide & expiatione legitur.

דרך מורה בה הנאצל שהוא בה הנברא המתנהג בשבע תמורות שהם יג סדרי סליחה שהעולם מתנהג בהם עד שיבלה החטא ויבא המשיח שהוא בה אלהי ובבה האצילות שהוא בה המלאכות ׃ ובבה הנאצל ממנה שהוא בה הנביא ׃ תנוח עליו רוח השם רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יהוה הרי שבע תמורות שהמשיח מתנהג בהן להטיב לטובים ולהרוב את הרשעים ברכבת ׃ ברוח שפתיו ימית רשע ׃ .i. Via demonſtrans uirtutem gratificatam

ſeu infuſam quæ eſt uirtus creata ducitur ſeptem uariationibus, quę ſunt
V tredecim ordines expiationis, quibus mundus dirigitˀ, quouſq; finitū fue
rit peccatū, & uenerit Meſſiha qui eſt uirtus dei. Et in uirtute gratiæ quę
eſt uirtus angelica, & in uirtute gratificata & infuſa ab ea q̄ eſt uirtus pro
phetæ, requieſcet ſup eū ſpiritus dn̄i tetragrāmati, ſpiritus ſapientię & in
tellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & timoris dn̄i.
Ecce ſeptē uarietates q̄bus Meſſiha utitˀ ad benefaciendū bonis, & ad de
X ſtruēdū malignos, ſecundū ꝙ ſcriptū eſt. Et ſpiritu labiorum ſuorū interfi
ciet impium. Hæc ſunt commemorati uoluminis Cabaliſtici uerba, quibꝰ
monemur regem Meſſihā non manu ſed ore, non armis ſed ſpiritu, uince
re populi dei aduerſarios, donare aūt dei gratia ſeptemplici pios, interfi-
cereq; impios, & hæc oīa ſpiritu oris id eſt doctrina ſua ſpirituali quam p
uiros iuſtos & electos iuſti diſcipulos, ſparget ac ſeminabit in oēs gentes,
per q̊d Iſaię illud ad tēpꝰ Meſſihæ relatū oraculū Haurietis aquas de fon
tibꝰ ſaluatoris Ionathā filiꝰ Vzielis chaldaice inter ꝓtatus eſt iis uerbis.
ותקבלון אולפן חדת בחדוה מבחירי צדיקא
Y .i. Et recipietis doctrinam nouam in gaudio ab electis iuſti. Ea uero eſt do-
ctrina illa noua, ꝙ uerū lumen luceat, & qui odit in tenebris eſt, & qui dili
git uerſatur in luce. Finis igitur p̄ceptorū hic eſt, ut diligamꝰ inuicem in
doctrina Meſſihę. שיורה העמים ללכת בדרכי יהוה
.i. Qui docebit populos ambulare in uiis tetragrammati, ut ſcribit Rabi
Dauid Kimhi ſuper eundē prophetā capite LI. in uerſu, quia lex a me exi
bit, quā ſcilicet q̄ fecerit ſaluabitur, q̄ contēpſerit peribit. Vetera eñ
Z timoris ſūt, noua charitatis של אהבה ישרה מלב שלם
quæ eſt dilectionis rectæ ex corde integro ſecundum magiſtros noſtros.
Erit igitˀ Meſſiha exemplum uitæ omnium liberandorum, a q̊ uniuerſa de
pendet mundi ſalus, q̄ dicitur ſalus æetherna, & exponitur a noſtris p oēs
dies ſeculorū, ubi legitur Iſrael ſaluatus eſt in Ihuh ſalute ætherna. De q̊
nonnihil ſcribitur in libro Cabalæ Hacadma והוא סוד מלך
המשיח שיבא במהרה בימינו שכל פעולתו
תחלה על וה וגם יה שהוא סוד יום השביעי
והוא השם שמו שלם ותשלם כל המלאכה
על ידו: .i. Et hoc eſt arcanū regis Meſſihę q̄ ueniet cito in diebus no
ſtris, cuius omnis opatio incipiet in .v. h. & etiam .i. h. q̊d eſt myſteriū diei
ſeptimæ, & hoc nomen, eſt nomen ſuum integrale, pficietq; omne opus
in manu eius. Ecce definitum eſt a ſapientibus Cabaliſtis oīa p Meſſiham
fore perficienda, & totam eius opationem fieri ſacratiſſimis quatuor lite
ris .i. h. u. h. in myſterio diei ſeptimæ, nō a numero uidelicet dierum ſic ap
pellatæ, ſed a tranſitu de uita actiua ad uitam contemplatiuā, id eſt in ipſa
quietudine animi & pacata tranqllitate, ſecedendo ab huius mūdi nimia
ſollicitu

ſollicitudine & a cementariis operibus patratis. Scriptum eſt em̃. Et reqe
uit die ſeptimo ab uniuerſo opere quod patrarat. Q̃uis aũt thalmudiſtæ B
multa regi huic attribuant noĩa, ut intelligere licet ex plurimorum docto
rum allegationibus in libro Sanhedrin uolumine Helek, citatis a capite
ubi ſcribiẽ. Et Rabi Iohanan dixit, Meſſihæ q̃d eſt nomen: uſqꝫ ad locum
Suſcepitqꝫ Rabi Eliezer dicens. Dies Meſſihæ. Et poſt in multis eorũ ſcri
pturis ſicut cõmentariis in canticũ ſynagogæ הוא נקרא ראש
וראשון: Exponunẽ noĩa Meſſihæ Silo, iinon, Dauid, Hanina, ger
men, iuſtus, conſolator, ea tñ ſingula putãtur agnomina uelut imaginaria
inſtar ſeptem exemplorum illic recẽſitorum, q̃ ſunt, arca, propiciatorium
tabulæ, uirga Aaron, urna mannæ, & ſpiritus dei. Sed iuxta Cabaliſtas
unum hoc nomen ineffabile יהוה audiuiſtis q̃ ſit propriũ Meſſihę, q̃d
integrabit & perficiet nomen eius ſubſtantiuum, docent em̃ credi oporte
re hoc eſſe nomẽ ſuũ integrale, q̃d pie ſancteqꝫ integraẽ in miſeratiõibus
cui nemo Thalmudiſta inficiator ſubrepit, cum dixerit magnus ille Magi
ſter in Thalmud cõmemorato in loco, ꝙ nomen Meſſihæ ueniet appellã
dum conſimiliter Hannina id eſt miſercordia, citãdo uerſum Ieremię xvi.
quem tñ licenter ac improprie Romani ſic legunt, qui non dabunt uobis
requiem. Sed ea nõ eſt etymologica interp̃tatio. Ita em̃ rectius me iudice
legatur, ꝙ non dabo ad uos miſericordiã. Hoc Ionathan Chaldęus tradu
xit רחמין .i. miſerationes, ut qui ſecundũ Thalmudiſtas dicere uellet
ꝙ uobis ambulantibus in prauitate cordis ut deum non audiatis non erit
Meſſiha qui noĩatur miſerationes, quo clare innoteſcit ברחמים .i. in C
miſerationibus de medio i.h.u.h. nomen fore propriũ ſaluatoris Meſſihę
cuius & dignitas & officiũ tametſi rigore ac ſeueritate conſtet iuxta regis
Dauid uaticiniũ abſqꝫ ullius cõtrouerſia de ipſo Meſſiha exp̃ſſum. Iudica
bit populum tuũ, inq̃t, in iuſticia & paupes tuos in iudicio, tñ qm̃ iudiciũ
.i. משפט ſecundum omnes Cabaliſtas cum iuſticia etiam admittit cle D
mentiã, Sic.n. legiẽ in Portæ lucis capite iiii. כי המשפט חציו
דין וחציו חסד .i. Q̃ꝛ iudiciũ eſt partim rigor & partim clemẽ
tia, q̃bus modis primi lapſus recõciliatio p iteratã unionẽ, & nouã quandã
populi cũ deo deſponſationẽ futura eſt, ut Hoſea p̃dixit. Spõſabo te mihi
in iuſticia & iudicio. In miſericordia & in miſerationibus, ubi ponitur
ברחמים Ne quis igiẽ putet illũ ipſum Meſſihæ aduentũ ex aliqua
iuris neceſſitate ac nõ potiꝰ de gratia mera & dono dei liberaliſſimo eſſe E
deſtinatũ recte imponeẽ huic ſaluatori nomen clemẽtię inclytũ, q̃d ex oĩbꝰ
literis tã uocalibus q̃ conſonante ſolã miſericordiã & p̃terea nihil aliud ſi
gnificãtibꝰ erit cõpoſitũ. Idqꝫ fore cõiicimus p ſanctas quatuor literas q̃bꝰ
tanqꝫ notis & ſymbolis ineffabile depingiẽ, & p Sin cõſonantẽ q̃ nomen
ineffabile noĩatur. Tritum.n. in Cabala eſt ꝙ hęc nota Sin exponiẽ שין
per Notariacon שם יהוה נקרא .i. Nomen tetragrãmaton uo

E

catum,hoc eſt,prolatũ.Nullæ aũt ſunt literę alię q̃bus ſola nude miſericor
dia deſignatur,niſi hæ quinq; i.h.u.h. & conſona Sin .i.s. De uocalibus
quatuor in libro Portarũ iuſticię ſic legit̃ וזהו סוד שאמ׳ר׳ז׳ל
כי הנה יהוה יוצא ממקומו יוצא ממדת
רחמים: .i.Et hoc eſt myſteriũ q̊d dixerunt Magiſtri noſtri quorum
memoria ſit in pace,ꝙ ecce quatriliterũ (inq̃t Micha) i.h.u.h. egredietur
de loco ſuo,egredietur per proprietatẽ miſerationũ, De conſonante aũt
Sin,uniuerſi Cabaliſtæ qui non ſunt neſcii in Cabaliſtica גימטריא
Sin literam totius in ſe complexus quatriliteri ex arithmetica proportiõe
rationem continere,haud inficias ibunt,eandem q̊q; ab ea poſſideri pro
prietatem clementię ac miſericordiæ,Oium igitur hominum ſalus de ſola
F dei miſericordia expectanda eſt,q̊d palam exp̃ſſit Habacuk deum ſic allo
quẽs.Cũ iratus fueris miſericordię recordaberis.Vbi Dauid Camhi quẽ
noſtri appellãt Kimhi (ſicut alii pronũciãt Rabi,& Alemania dicit Ribi ꝑ
facilẽ uocis a ĩ i cõuerſionẽ,ut & de grecis ac latinis extat par iudiciũ,illi.n.
grãmatiki & logiki,nos grãmatica & logica,illi mitir nos mater,ita Sãſon
Simſon,& Cãhi Kimhi,& alia plura) Ille inquã Dauid Iudeus Hiſpaniẽſis
ꝑ nomẽ רחם .i.miſericordię illic põſitũ ſecundũ arithmeticã proportio
nẽ cabaliſtice hoc eſt ſymbolice intelligendũ eſſe docet Abraham, quaſi
Habacuk ſic diceret.O deus cũ tu ira peccati nr̃i tãgeris,memẽto ſeminis
Abrahę cui ꝓmiſiſti ꝙ in eo bñdicẽt̃ uniuerſę cognatiões terrę.Et rurſũ.
O deꝰ tu illũ affatus es,bñdicent̃ in ſemine tuo oẽs gẽtes terrę,Vt aũt indi
caret Habacuk ipſe,q̊d nã futurũ eſſet illud ſemẽ ſubiũxit.Egreſſus es ĩ ſa
lutẽ populi tui, in ſalutẽ cũ Meſſiha tuo,ubi idem Dauid Kimhi ſic ſcribit
הוא משיח בן דוד .i.hic eſt Meſſiha filiꝰ Dauid.Aio igit̃ cũ ſa-
piẽtibus Cabaliſtis oĩm nr̃i uerã ſalutẽ in Meſſiah pẽdere q̃tq̊t attingimꝰ
illũ.Quo fit ut ab oĩbꝰ nos rebus creatis q̊ad poſſumꝰ abſoluẽtes ꝑ oẽs gra
G dus aſcẽdere ac migrare in eũ conemur,ut ip̃m ſi minꝰ cõſequamur,at ul̃
aſſequamur certe,pro ſingulorũ q̊rũq; uirili. Nã hic eſt nr̃ ipſe ,in cuius
aduẽtũ oĩs lex a nobis etiã ĩtellectualiter refert̃,& nõ Moyſi tm̃ ſcriptura
ſed & ꝓphetarũ & qcq̃d in Hagiographis cõtinet̃. Totũ nãq; id cõtextũ
H q̊d Eſſrim Varba.i.uiginti quatuor nos dicimꝰ,& uos Biblia noĩatis, totũ
inq̃ התורה .i.legis appellatiõe nũcupamꝰ. Vt in Danielis cap.ix. Am-
bulãdo in lege dñi dei nr̃i quã tradidit corã nobis ꝑ manũ ſeruorũ ſuorũ
ꝓphetaꝝ.Hãc ſolã ſcripturã decreuimꝰ tã ſtabilẽ & adeo eſſe firmã ut ſup
eã cogitatꝰ oĩs nr̃os tuto fundare queamꝰ,& ſublimes ſpeculãtiũ hoĩm cõ
tẽplatiões haud ꝑplexim locare,tũ q̃a ſummi dei uoce ꝓmulgata ſit,tũ q̃a
tãtis energię uiribꝰ in hoĩm cõtẽplãtiſſimorũ mẽtibus ſolet op̃ari,ut ꝑ eã
de q̃buſcũq; libet miſtis ad ſimplicia,de ſimplicibꝰ ad ſimpliciſſima,de cau
ſatis ad cauſas,& a mũdo deniq; ĩferiori ad ſup̃iorẽ,a ſup̃iore ad Meſſihã
q̃ mẽtis nr̃ę obiectũ ſup̃mũ & in ultĩo gradu cõceptibile ſit tãq̃ ad regẽ ſe

culorũ aſcẽdere ualeam⁹, ꝑ quę plane tandẽ in deũ trãſeamus incomphẽ
ſibilẽ, tum etiam qm̃ per has ſacras literas quaſi per ſcalam Iacob, cacumi
ne tangentem cœlos cui deus ipſe innitatur noſtri aſcendunt angeli & de
ſcendunt, uectores hinc precum inde donorum, qui ultro citroq; portant
hinc petitiones inde ſuppetias, ut ex ueſtris quidã ait. Et profecto nihil ſen
tio aliud etiam quod uel fingi poſſet animum noſtrum arctius deo pinde
atq; aliquod ſtamen introtexere q̃ illam ipſam cuius mentio fit ſacram
ſcripturam, quæ nos primo in diuinorum admirationem ducit, tum in eo
rum pro humano captu agnitionem, deinde in illum ardentiſſimum qua
litercunq; cognitæ diuinitatis amorem, præ ſe ferentem certiſſimum ſpei
effectum. Per hanc cum Ezechielis animalibus et rotis de terra eleuamur,
ut cum euntibus eamus, & cum ſtantibus ſtemus. Hic eſt ſolus ueræ contẽ
plationis campus, cuius ſingula uerba, ſingula ſunt ſacramenta, & ſinguli
ſermones, ſyllabę, apices, punctaq; eius plena ſunt arcanis ſenſibus, nõ tm̃
nobis autoribus, uerum etiam chriſtianis atteſtantibus. Hæc eſt Cabala
quæ nos humi degere non ſinit, ſed mentem noſtram extollit ad altiſſimã
comprehenſionis metam, quæ tamen nequeat animam Meſſihæ rationa
biliter tranſcendere, niſi quodam incomprehenſibili intuitu quaſi uia mo
mentanei raptus, quo putamus haud impoſſibile Cabaliſtis nobis in ſpiri
tu prope tertium mundum corripi, ubi eſt Meſſiha omnibus inferioribus
influens. Mundi enim generaliſſimi numero tres ſunt. Primus materialis,
ſecundus formalis, & tertius informis. Seu quando ſic uultis primus inq̃
infimus qui & ſenſibilis, ſecundus ſupremus & mentalis qui & intelligibi-
lis, & tertius ὑπερτώτατος .i. ſuperſupremus, uel ſi dicere liceret ſupremiſſi
mus, incomparabilis & diuinus. Mundum autem cenſeri primum quo ad
nos uolui hunc corporeum, cæteris ſubſiſtentem, ordine forte peruerſo,
qui iuſta ratione in genere cauſarũ fuiſſe debebat ultimus, quaſi recepta
culum omnium ſuperiorum. Iſte conſtituitur primo ex cœlis & cœleſtib⁹,
ſecundo ex elementis & elemẽtatis, tertio ex natura humana & ſingula
riis hominibus, qui dicunt hebraice עולם הקטן græce μικρόκοσμος
& latine paruus mũdus. Vniuerſum hoc corpus, ut Ariſtoteli ueſtro pla
cet in libro de Mundo eſt globus ex cœlo & terra & iis contentis naturis
conſtitutus, quippe cum ſeptem habitaculis cœleſtibus, & ſeptem habita
culis terreſtribus, quæ quidem enumerat Rabi Mnahem Racanat in ca
pite xxv. Leuitici nominibus iſtis primo ad cœlum pertinentibus.
שמים רקיע שחקים זבול מעון מכון ערבות
Secundo, ad terram ארץ ארקא גיא יבשה חרבה
תבל חלד: Septem quoq; habitacula inferorum Ioſeph Salemita
nus in Horto nucis (ut paulo ſuperius audiuiſtis) nominatim recitauit.
De Microcoſmo autem id quoq; haud clam eſt omnibus nobis, ad homi

nis conditionem, quamlibet in partem reſpexeritis ſeptem attinere, quæ
ſunt corpus, anima, & ex iis compoſitũ, quod נפש appellamus, ut
eſt illud regis Sodomorum תן לי נפש Id eſt. Da mihi hominem,
ex quatuor ſcilicet potentiis animæ compoſitum, & quatuor qualitatibus
mundi maioris, qui ſane mundus cum ſit animatus illuſtratur mente pro
pria quæ dicitur Metatron. Secundus eſt mundus ſupremus intelligen
tiarum ſeparatarũ quę a Cabaliſtis appellantur שכלים נפרדים
a philoſophis autem Hebræorum דעות נפרדות Eum quidem
mundum & ſpeciebus plenum, & formis, & mentibus ſolutis, & angelis,
complectitur, ambit & regit ipſa Meſſihæ anima, quæ apud Cabaliſtas
eſt ideata Idea omnium uitarum, ad quam refertur omnis uitalitas indi-
uidualis, ſpecifica, & generifica. Inde quaſi ex uiuario depromit̃ uita oĩs
& nominatur a Cabaliſtis terra uiuentium. לפיכך דרשו
בפסוק תוצא הארץ נפש חיה למינה זו
נפש של משיח: Id eſt. Ideoqꝫ commentantur in uerſiculo
producat terra animam uiuentem ad ſpeciem ſuam, hæc eſt anima Meſſi
hæ. Quæ uerba leguntur ita in Portæ Lucis capite ſecundo. Et ſicut in
mundo humano qui dicitur Microcoſmus, animæ hominis dominatur
mens, ita mundo cœleſti dominatur Metattron, & mundo angelico do-
minatur anima Meſſihæ, & mundo incomparabili dominatur Adonai,
Quin etiam ſicut lux mentis eſt intellectus agens, ita lux Metattron eſt Sa
dai, & lux animæ Meſſihæ eſt Elhai, id eſt deus uiuus, & lux Adonai eſt
Enſoph. Cunqꝫ conſultiſſimis rerum naturalium ſcrutatoribus facile ui-
deatur ſuperioris naturæ infimum, cum inferioris naturæ ſupremo com
municare, in tantum quidem ut ſępius de proxime connexis dubitari poſ
ſit, contigua ſint an continua, & cuius nam exiſtat naturæ illud quo conti-
nua uniuntur, haud ſecus atqꝫ id quo equi pes & eius ungula conueniunt,
corneum ne ſit an carneum, propter immediatam exiſtentium connexio
nem, Iccirco etiam nunc magis ſine iniuria dici arbitror ꝙ homo Micro-
coſmus & mundus ſenſibilis ille magnus, communicant in mente. Mundꝰ
item corporeus & mundus intellectualis, communicãt in Metattron, qui
eſt intellectus agens primi mobilis, unus cum natura cœleſti tanquam in-
feriori, & cum natura angelica tanquam ſuperiori, mundus autem ſupre-
mus cum mundo tertio incõparabili ac ſupſupmo cõicant in aĩa Meſſihę
quaſi eſſentia quadã utrinqꝫ & angelico & diuino mũdo cõtinua, nec em̃
ĩterſtitio ullo aĩa Meſſihę, & El hai diſtãt. Sed eſt El hai fons aquarũ uiuẽ
tium, & anima Meſſihæ riuus uitæ. Tertius mundus eſt deitatis, qui con-
ſtituitur ex eo quod Seraphim uocauerunt Sanctus Sanctus Sanctus te-
tragrãmatus. Dicitqꝫ in Deuteronomio, Magnus potens & terribilis, ſeu
potius reuerẽdus. Magnus ante creationẽ, potẽs in creatiõe, & reuerẽdꝰ

poſt creationẽ. Et hic eſt אחד .i.unꝰ,ĩmo magis proprie,principiũ uni
tatis,qa Aleph deſignat principiũ & had.unum.quaſi principiũ unius,oĩa P
in ſuà ſimplicitate unitatis complicãs. Cuius talis eſt emanatio ſecũdum
Cabaliſtas רוח דבר קול .i.Spiritus uerbum uox.Sic enim Rab
Azariel in cõmẽtario ſanctitatis,poſt etiã ea q̃ nũc recitaui ſcripſit his
uerbis מרוח יוצא הדבר והקול בלא פתוחת
שפתים ובלאדבור לשון ולא נשמת אדם:
.i.Ex ſpiritu producitur uerbum atq; uox,non per apertionem labiorum
& non per ſermonem linguæ,nec anhelitu hominis. Et hi tres unus eſt ſpi
ritus qa unus eſt deus,ut in libro Ietzira de creatione legimꝰ his uerbis.
אחת רוח אלהים חיים ברוך הוא ומבורך
שמו של חי העולמים קול ורוח ודבר וזו
היא רוח הקדש שתים רוח מרוח: .i. Vnus ſpiritus
deus uiuens,benedictus ipſe & benedictum nomen eius qui uiuit in ſecu-
la,uox & ſpiritus & uerbum,& hoc eſt ſpiritꝰ ſanctus,duo ſpiritus ex ſpi
ritu. Hęc Abrahã pater noſter. Et iuxta id q̊d Rab hamai in libro העיון
de ſpeculatione ſcripſit. Hi tres qui ſunt unum,inter ſe proportionẽ habẽt
ut אחד מיוחד יחיד .i. Vnus,uniens,unitum. Quin & paulo
ſuperius idẽ ait והם ראש ואמצע וסוף .i. Et ſunt principi
um et mediũ & finis,& hęc ſunt unus punctus,& eſt אדון הכל .i.
Dominus uniuerſi. Sic in uolumine citato. Mundus itaq; ille tertius incõ
parabiliter ſummus ex iſtis tribus quæ ſunt unum cõſtitutus,quaſi ex ſum
ma eſſentia potentia & operatione,in æthernum & ultra extenditur, nec
concauus,nec cõuexus,nec carinatus,nec ſupficiẽ hñs. Nam ut ſcribit
Azariel in libro pridẽ allegato ſanctitatis הוא ראשון בלי
תחלה והוא אחרון בלי תכלה: .i. Hic eſt primꝰ abſq;
initio,& hic eſt ultimus abſq; termino,ſane quo ne cogitatus quidẽ noſtri
pertingere poſſunt,& noĩatur Enſoph,id eſt infinitudo, quæ eſt ſumma
quædam res ſecundum ſe incomprehenſibilis & ineffabilis, in remotiſſi-
mo ſuæ diuinitatis retroceſſu & in fontani luminis inacceſſibili abyſſo ſe
retrahens & contegens,ut ſic nihil intelligatur ex ea procedere,quaſi ab
ſolutiſſima deitas per ociũ oĩmoda ſui in ſe ipſa clauſione immanẽs nuda
ſine ueſte ac abſq; ullo circũſtãtiarũ amictu,nec ſui profuſa,nec ſplẽdoris
ſui dilatata bonitate indiſcriminatĩ ens & nõ ens,& oĩa q̃ rationi nrę uidẽ
tur inter ſe contraria & cõtradictoria,ut ſegregata & libera unitas ſimpli
ciſſime implicãs,ſic.n.legit̃ in lib.de fide & expiatiõe. כבר אמרתי
לך כי המציא יש מאין איננו חסר וכי
היש הוא באין בענין אין והאין הוא ביש בענין
יש לומר שהאין הוא היש והיש הוא האין:

.i. Iã dixi tibi ꝙ producẽs ens de nõ ente nulli⁹ eget,& ꝙ ens eſt in nõ ente
Q q̃ ad rẽ nõ entis,& nõ ens eſt in ente q̃ ad rẽ entis.Et infra. Quo diſcas q̃d
nõ ens eſt ens & ens eſt nõ ens,ita illic ſcriptum legitur.Iſtud aũt oẽm no
ſtrum intellectum tranſcendit qui nequit contradictoria in ſuo principio
combinare uia rationis,qm̃ per ea q̃ nobis ab ipſa natura manifeſta fiunt
ambulamus,quæ longe ab hac infinita uirtute cadens,ipſa contradictoria
per infinitum diſtantia connectere ſimul nequit,ut quidam Germanorũ
philoſophiſſimus archiflamen dialis annos paulo ante quinquaginta &
duos poſteritati acceptum reliquit.Temporaliũ igĩ curarum grauamĩe
R ſemoto & aniliũ diſputationũ ſophiſmatibus contẽptis,fœlix Cabaliſta ꝑ
Cabalam.i.recepti & crediti ſemitam tenebras erumpit & proſilit in ſplen
dorem quo attingit lumen,& ſic a lumine migrat in lucem & per lucẽ q̃tũ
humana poteſt capere natura illud uerum luminare comprehendit ſub
modo entis,non autem non entis,niſi fiat hoc per omnium abſtractionẽ
quæcunqꝫ non ſunt principium abſolute primum.Cunqꝫ frequenter hac
uia per ineffabile gaudium & alacritatem ſpiritus ipſa mens Cabaliſtę in
tra profundę taciturnitatis ſecretum humilia deſerens atqꝫ terrena,ad ſu
percœleſtia & inuiſibilia tranſfertur omnem tranſcendentia humanũ ſen
ſum,tunc & ſi adhuc mortali in cute hoſpitatus,tamen ſocius fit angelorũ
perinde atqꝫ domicilii ſupercœleſtis quidam inquilinus cuius tam crebra
conuerſatio in cœlis eſſe cognoſcatur, & tum quandoqꝫ cum illis tanqꝫ
uiarum ſuarum comitibus ad altiora ſpaciatur,animãqꝫ Meſſihæ uiſitat,
quandoqꝫ autẽ ad inferiores tam cœleſtes q̃ cæteras naturæ uirtutes an-
gelico ductu nec tñ ſine propria q̃qꝫ ratione deſcendit,& earum dignita
tes operationeſqꝫ intelligere ac ſingulari honore uenerari ſtudet. Vnde
S oritur intima Cabaliſtę cum angelis amicitia,per quam aliquando nomĩa
diuina rite cognoſcens,res admirandas conficit,quæ uulgus miracula no
minat,ut Rabi Meir per nomen diuinum uel ab ethnico prolatum ipſam
uxoris ſuæ ſororem a corruptione diuerſorii lupanaris præſeruauit, quã
ui proſtitutam nullus ganeonum uerbo dicto etiam quãtumuis robuſtus
uiolare ac ſtuprare ualuerat.Hæc in Portæ lucis exordio & alia id genus
plurima cum ſuis autoribus recitantur.Tamqꝫ facilis eiuſcemodi erat pa-
trum memoria Cabaliſtis miraculorum operatio,ut ii ab inuidis & pro-
phanis ſæpius ignominioſe uerſuti magici cognominarentur, quaſi non
illa opera perfeciſſet Michael ſed multo maxime Samael,uidelicet per in
cantationes ægyptiacas & arcana quædam, tametſi uirga Cabaliſtarum
ſemper deuorat uirgas præſtygiatorum,& ſalubrius agit quodcunqꝫ di
uinum q̃ ullum dæmoniacum.Semper enim ad hominum ſalutem tendit
Cabalæ artificium,cõtra uero ſemper ad perditionem uergit magicæ ua
nitatis ueneficium,hoc per nomina tenebrarum & cacodæmonum, illud

per noĩa

per nomina lucis & beatorum angelorum, de quibus niſi more noſtro Sabbathi feriatus dies iam ueſperi hac ipſa hora ingrueret, quoniam huc attinet, tanquam huius artis fructus quem adeo deſyderatis ego ſane tum quicquid ſentirem magis ample tractarem. At parum abeſt quin nox ruat optimi uiri, ſecedendumq; nobis eſt, non modo ne præcepti negligens multa uapulem, uerum ne etiam profeſſioni Cabalicæ defiam, ſi hoc ſabbatho ultra Sabbathai qui eſt Saturnus ſuprema arcana & recondita labore operoſo effodiam, ac non potius ſilentio remorer, & ocio perfruar tantiſper dum ſequens dies pretereat. Cętera hic perendie uel quotoq; loco utut elegeritis de arte Cabaliſtica explanabimus. Tum Philolaus, Es inquit difficillimas dicendi partes ſortitus noſtri cauſa, qui poſt meridiem adortis nobis tot res tam admirandas & tanto numero perpetua oratione protuliſti, quanquam nulla plane moueri uiſus moleſtia. Et ille tum, Amor inquit erga uos meus ut ſpero mutuus omnem moleſtiam abſtulit. Q; niſi adeſſent feriæ, non putarem mea intereſſe uos tales ac tantos diſcendi gratia huc profectos ita Cabalæ doctrina ieiunos & inexpletos dimittere, ſed parendum eſt legi. Ad hæc Marranus, Ego uero Simon recte fateor nunquam me a cuiuſquam conſpectu magis doctum abiiſſe, mihiq; uel ſi malis ambobus ut pro hoc quoq; recipiā abs te quidem cumulate quantum id temporis pati creditum eſt ſat eſſe factum. Mox Philolaus. Tu ſolius inquit tui cauſam Marrane agas uelim, ego nondum iſtis quanquam maximis & ad doctrinam Pythagoricam familiariſſime accedentibus tamen auidiori mihi copioſius hauriendis, fore ſatiſfactum putauero, ſi non comperendinata dies finem artis afferat. Qua de re poſt Sabbathum iſtud tuum Simon, quando ſingulari tua comitate nos ita fers, redibim9. Et ille redite dum ait intrepide ac interea, ualete bona ualetudine.

¶ Finis Libri Primi.

¶ DE ARTE CABALISTICA
¶ IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS Legum Doctoris, Liber Secundus.

ABEVNTIBVS INDE VTRISQVE PHILO
lao iuniore Marranoq; domum,uarius inter eūdum erat ſermo,&
non ineptus,quippe doctis ſupra modum philoſophis de hoc ipſo He-
bræo,cuius cum ſumma doctrina ſingularem etiam commendabāt erga
peregrinos humanitatem,& in oībus atq; prę oībus morum dignitatem.
Placuerunt cuncta eius hoīs,p̄ter unum iſtud Sabbathum futuro,ut iudi
carunt,tædio plenum,quo a tanti magiſtri gratiſſimo colloquio diuelle-
rētur,& in diem reiicerent̄ uſq; adeo tertium, non abſq; tpis moleſto diſ
pendio,cum quid acturi eſſent luce craſtina,ignorarent. Tum ambulādo
ita ruminati acceptæ ſuccum doctrinę,breues dictorum epilogos mutuo
percenſebant. Ardentibus autē illis diſcendi feruore uenit in mentem &
rediit ſubito in memoriam admirabilis uiri Iudæi oratio,diſputandi acri-
monia,inſtitutio grauis & erudita quæ ſine ſatietate delectet,non fucata,
non colorata,ſed quæ ubi maxime careat florib⁹ ibi plurimum pariat fru
ctus. Cunq; ſe iam ab itinere in diuerſorium corripuiſſent,mox in ipſo cō
ſeſſu anteq̄ reſpiraſſent cœpit ita MARRANVS. Omnium ſapien
tum q̊s equidem à teneris audiuerim annis haud ſcio an ullus fuerit unq̄
qui argutior in dicendo & ſublimior in ſentiendo uiſus mihi ſit hoc uno
Simone,quem uel reminiſcens iam memoria teneā,ita ſermone ſuo tāetſi
plano,ſimplici non affectato,nō domi quæſito,minimeq; Demoſthenis
oleū olente,ſed magis extēporali & q̊tidiano meū animum ad ardua con
templanda excitauit,ut nihil conceperim gratius. Dii boni,homo Iudæus
ex Iudæis ortus,alitus,educatus,& edoctus, q̄ natio ubiq; gentium barba
ra ſuperſtitioſa uilis abiecta,& a ſplendore oīum bonarum artium aliena
eſt habita,perpetuā crede mihi hanc noctem procliui deſyderio meo uiri
huius uidiſſem uultus,audiſſem uerba loquentis,ſi non miſerum hoc ue-
ſperi Sabbathum interueniſſet. Tum Philolaus. Ne græci quidem om̄es
inquit quibus oīm conſenſu tribuitur multarum artium diſciplina,ingeni
orum acumen,dicendi copia,tam aſcendere potuiſſent in alta rerum arca
narum faſtigia,niſi forte unus Pythagoras ille meus, philoſophiæ pater,
tamen qui non a græcis eam doctrinæ p̄ſtantiam quin potius ab illis ip̄is
Iudæis receperit,Itaq; receptor optimo iure ipſe q̊q; id eſt Cabaliſta no-
minādus erat, q̄uis ut poſt diuturnam peregrinationem è longinq̄ aliq̄d
admiratione dignum referret in patriam,q̊d facilius uulgo crederet, ipſe
nomen illud Cabalæ ſuis incognitum primus in nomen philoſophiæ grę
cum mutauerit. Quod eo argumento recte coniicimus,q̄a nullam diſcipu
lis ſuis reliquit aliqua ratione perquirendi facultatem,quin id primum ſui

dogmatis

dogmatis principium eſſe uoluit,ut quærentibus cauſam reſponderent αὐτὸς ἔφα.i.Ipſe dixit,more Cabaliſtarum q ferme haud aliter rerũ cogno B
ſcendarum rationes citant q̃ ꝙ aiunt אמרו חכמים .i.Dixerunt ſapiẽtes.Sic noſter ille αὐτὸς ἔφα.i.Ipſe dixit.Ipſe aũt idem eſt Pythagoras qui hoc modo philoſophiæ nomen indidiſſe perhibetur,qm̃ ſummi Hebræorum autores Hachamim & Gręcorum ante ſe olim Sophi cognoĩarentur,ita ueterem diſciplinam noui conatus eſt noĩs ornamẽto ueſtire. Non aũt eo tibi debent minori p̃conio digna uideri quæ Simon Iudæus protulit ꝙ ſint ab ignobili hebrææ gentis doctore tanq̃ ex barbaris autoribus deſumpta,& ab homine barbaro allata, qñ idem omnium maxim9 C
noſter Pythagoras ſimul cum barbaro q̊dam nõis Zora ſcientiarum prima ſtudia iniit,adeoq; id extra Græciam, quo tp̃e apud ægyptios ſecum philoſophati ſunt,qui tum dicebãtur prophetæ,& Aſſyriorum Chaldęi & Gallorum Druidæ,& ex Bactris Samanæi,& Celtarum non pauci, & apud Perſas Magi, & apud Indos Gymnoſophiſtæ, & ille Anacharſis apud Scythas,& in Thracia Zamolxis ante ipſius Pythagoræ ſeruus,q̊d om̃e Alexãder ille cognomẽto polyhiſtor in libro περὶ πυθαγορικῶν συμβόλων .i.de Pythagoricis notis ſcriptum reliq̃t,& apud Indos deniq; Iudęi q̊s appellarunt Brachmanas,ut Ariſtobulus peripateticus meminit. Sane licet uera dicere,non eſt certe uſq̃ repertus Pythagoras quicq̃ rerum aut diuinarum aut humanarum uel a græcis didiciſſe uel a Romanis.Sed ut Antiphon edidit in libro περὶ τοῦ βίου τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων.i. de uita eorum qui uirtute p̃ſtiterunt.Acceſſit diſcẽdi gratia Pythagoras ad ægyptios & Arabas,& ad Chaldæos poſtq̃ è Syria q̃ & eſt & noĩatur Iudæa Pherecidẽ ſibi magiſtrum & p̃ceptorem nactus fuiſſet. Vnde Syrius uulgo ipſe q̊q; tum appellabatur,quem alii Tyrium dixere,alii Tyrenum ὥστε βάρβαρον ἀλλ' οὐχ' ἕλληνα γεγενῆσθαι τοῦτον ὁμολογεῖν τὸν πρῶτον φιλοσόφων.i. ut barbarum & non græcum fuiſſe p̃dicarent hunc oĩum philoſophorum primum. Hæc Marrane cõuiua mi doctiſſime penes Euſebium Pamphili ſcripta legiſti certo ſcio,in uolumine,ſi rite recordor,de p̃paratione euangelica undecimo,qui & hoc addidit. μόνον ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἑλλήνων ἔχει οὐδὲν, πενίᾳ σοφίας καὶ ἀπορίᾳ συνοικούντων.i. Tm̃ ꝙ a ſapientibus græcis habuit nihil,penuria ſapientiæ ac indigentia cohabitantiũ.De q̃bus, ut eſt in Timæo Platonis, barbarus q̃ndam ægyptius,iſq; ualde ſenex,uere admodum uiſus eſt Soloni dixiſſe.O Solon Solon græci ſemper pueri eſtis,nullam habentes antiquam opinionem nullam diſciplinã tp̃e canam. Nec illud non erit maxime laudandum in Pythagora p̃ſtanti ſapientia & nobilitate uiro,ꝙ in alieno & longinquo ſolo,quæ a barbaris hoĩbus labore ingenti algu & ſudore multa commẽtatione atq; meditatione, nõ paucis etiam annis corraſit,ea non dicam meliora ſed tamen ſplendidiora in patriam ac uſq; adeo in Italiam quæ tunc magna Græcia dicebatur,ceu humeris ipſe ſuis repor

tauit cum incredibili cunctorum de ſe atq; ſuis ſectatoribus admiratione, ita ut oĩs qui ſapiẽtia & doctrina excelleret Pythagoræ auditor fuiſſe crederetur. Vnde philoſophia Italica potiſſimum ab illo nomẽ accepit. Aſtipulatur huic laudi Numenius Pythagoricus in primo uolumine de bono cum ait, ꝙ Plato atq; Pythagoras quæcũq; Brachmanes Magi, ægyptij, Iudæiq; inuenerunt, ea græce ipſi expoſuerunt. Quo uehementiſſime ſuſpicamur uerum eſſe q̃d aſſerunt uiri doctiſſimi, & uariarum linguarum periti, Iudæorum quæq; tam recepta q̃ inuenta exponi alienis furtis hinc græcorum inde latinorũ, nihilq; noſtrum eſſe in philoſophia q̃d non ante Iudæorum fuerit, q̃tumuis hoc ſeculo adimatˀ eis merita gloria, & nũc uniuerſa eorum contemnantˀ, qm̃ præſens ætas oĩm ſtudiorum explicationem magis illuſtrem perpolitamq; deſyderat. Tum uera optime Philolae refers inquit Marranus quo magis aſſentiar Euripidis Hecubæ. λόγος γὰρ ἐκτ᾽ ἀδοξούντων ἰὼν κ᾽ἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει .i. Sermo nanq; ex inglorijs progrediens atq; glorioſis, idem non idem ualet. Nam ſi Ariſtoteles aliqs aut Theophraſtus quiſpiam ea protuliſſet quę nos Simon hodie docuit, nihil oĩm ſententia eſſet dignius auditu, nihil grauius, nihil memorabilius, addidiſſet tm̃modo dicendi genus magis æquabile & aliquẽ eloquentiæ fucum. Nunc qm̃ Iudæus eſt q ſuo more agreſtius paulo & p̃ſſius rem omnem tractauit, haud dubium quin ſordida ſint futura in auribus illorum noſtro æuo ſophiſtarum ut ipſi ſibi uidentˀ plane ꝑ ſubtiliũ ſi qui audiant aut ſint audituri uel potius uniuerſis nũc aut praue aut ſtulte philoſophantibus appareant implicata obſtrepera hiulca, ieiuna, horrida, ruſticam aſperitatẽ & peregrinam inſolentiam ſonantia, tametſi etiam ut mos eoꝝ fert prius non q̃tum oportet examinata qdem, quaſi aurũ, nõ ſit aurum q̃d in luto quærimus. Poſt uero q̃ ab hoc iam hoĩe in diuerſorium ecce noſtrum recta uia nullo monſtrante rediuimus qñ cœna forte nobis p̃ſtinata nondum eſt, conſulo ut quiſq; ſua recitemus inter nos, pręſertim digniora q̃ audiuimus, & figamus memorię ne labantˀ dum recens oĩa tenemus. Et Philolaus q̃ prudenter ait illa p̃cogitaſti Marrane, ſic eñ ad audiẽdum paratiores uirum accedemus perendie poſt hoc Sabbathi monſtrum cultaq; Iudęo, ut ait Ouidius, ſeptima ſacra uiro. Interea tu ſellam hanc arripias, ego alteram, & cõſidentes dicamus celeriter de oĩbus donec apparentˀ quæ ad cœnam congruant. Cęterum ne detur fruſtra cõtentioni locus cum ſoli ſimus, id eñ aliud nihil eſſet q̃ tempus perdere, tu prior quicquid in buccam uenerit uel p̃teritorum aut p̃ſentium recordandi uel commentandi gratia q̃cunq; accidat modo, eloquere. Sic igitˀ Marranus exorſa texuit. Et quanq̃ negocium omne, inquit, circa q̃d poſtmeridiano hoc tp̃e conuerſati ſumus mihi ſingula examuſſim perpendenti uideatur eſſe altius q̃ ut id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus, tñ ſępe numero quæ hoĩbus prima ſpecię apparent ardua & impoſſibilia tandem con

tinuis & indefeſſis exercitationibus duroq́ꝫ labore fiunt & plana & facilia iuxta Maronis illud. Labor omnia uincit. Iccirco libenter in medium con feram quæ ab iſto me audiuiſſe meminero, addamq́ꝫ illis q̃d ipſe ſentiam D Hebręus ſane p̄ceptor noſter de Cabala nobis petentibus tractaturus cō modum oſtendebat, eo nōīe q̃d ſit intelligendum. Nam Cabala receptio nem deſignat, ſimul & hoc attulit ꝙ ea noſtris animis eſſet inſita ſemp̄ ad ſumma conditione naturali tendentibus, quapropter eius deſyderium no bis conſtaret ingenerari, & ꝙ ſummæ res ac diuinę ſublimiores haberēt atq́ꝫ digniores q̃ꝫ ꝙ ratione humana cōp̄hendi ac diſcerni queāt. Id aūt triuiale idoneis peripateticis eſt dogma, ut em̄ principio meos Arabas cū q̄bus mihi extat ſolita familiaritas citare liceat, Alpharabius in libro quē de ſcientiis p̄ſcripſit, hac utitur ſententia, q̃d res diuinæ ac pia fide credibi les, ſunt altioris ordinis, cum ſint aſſumptæ ab inſpiratione diuina, qm̄ in eis ſunt ſecreta diuina, a q̃rum cōp̄henſione debilitant̄ ratiōes humanę, neq́ꝫ conſequunt̄ ea, hæc Arabs ille, quod & Simon noſter affirmauit, q̄ eos ordines appellat regiones, & in animæ noſtræ tertiam regionem cō ſtituit res incorporeas ac ſubſtantias ab omni materię penſione liberas et immunes, non q̃ Antiſthenes cogitauit phantaſtica illa & logica uniuerſa lia, Sed ipſas inq̃ reales formas, ſpecies, ideas, eſſentias, q̃ ſunt res altiſſimę circa quas uerſant̄ Cabaliſtæ, ut audio, contemplationibus ſuis prope ine narrabilibus, & ea ſingula q̃ nos ſentire aut ſcire arbitramur, huc confe runt, ac demum uniuerſa in unū q̊d eſt ipſum bonum atq́ꝫ primum p̄ me dia reducunt tanq́ꝫ ad noſtræ mētis ſaluberrimum finem. Quod Ariſto teles ī xiiii. libro eorū q̄ poſt naturalia ſcripſit, id q̊d eſt αὔταρκες καὶ ἡ σωτηρία .i. Sibi ſufficiens & ſalus eſſe dixit, & Simon hebraice ישועה noīauit, Sicut & regius Pſaltes ait. Dn̄i eſt ſalus, & ſup̄ hanc generis humani ſalu E tem, oīm Simon Cabaliſtarum fundamenta iecit, q̄ nec ſint a ratione inue ſtiganda, nec per rationem inueſtigata, ut q̄bus nec ſenſus præbuit hypo ſtaſim, nec ītellectus diſciplinam, ſumma em̄ ſunt, & q̊rum cauſa nequeat adæquata reperiri, a q̊rum cognitione diſertiſſimus ſectæ peripateticæ Theophraſtus ſciētiæ abſtulit facultatē, ſic.n. in ſuis ſup̄naturalib⁹ ſcripſit. μέχρι μὲν οὖν τινος δυνάμεθα δι' αἰτίου θεωρεῖν, ἀρχὰς ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων λαμβάνοντες. ὅταν δὲ ἐπ' αὐτὰ τὰ ἄκρα καὶ πρῶτα μεταβαίνωμεν, οὐκέτι δυνάμεθα. εἴτε διὰ τὸ μὴ ἔχειν αἰτίαν, εἴτε διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν .i. Vſq́ꝫ ad aliq̃d q̄dē poſſum⁹ p̄ cauſā ſpeculari, principia à ſenſibus ſumentes, qn̄ autē ad ipſa extrema & prima tranſierimus, non amplius poſſumus, ſiue propterea ꝙ nō habemus cau ſam, ſeu propter noſtram infirmitatem. De ſupernis em̄ & diuinis q̄bus nihil eſt prius, unde nam quęſo poſſet demōſtrationis aliq̃d mediū ſumi? Quare Plato ait in Timæo, ꝙ illa explicare plus eſt q̃ noſtræ uires ſuffi ciant, credi aūt iis iubet qui ante dixerunt quanq̃ nulla demōſtrationis ne ceſſitate loquant̄. Hæc ipſa Platonis uerba & ueri ſapientis mandata ego

tanti exiſtimo,ut ea oraculi mecum loco dixerim habenda.Et ſi ulla Caba
læ rata & ſtata fundamenta ſunt,hæc ſunt.Quapropter acerrimum diui
næ cognitionis mera & nuda fide conſtantis,hoſtem & inſidiatorem arbi
tror logicum eſſe ſyllogiſmũ,qui Theoſophiſtarum auſu atq; uſu,deũ &
angelos menteſq; beatas & ſimpliciſſimas ultra mundani ſeculi uirtutes
& omne ſimul æthernitatis agmen,& quicquid eſt uſquã hiſtoriarum de
rebus ſupnaturalibus,id totum humanæ mortalitati ſubiiciat rationis diſ
curſu inueniendũ,probandum,dirigendũ.Perinde atq; illas tam illuſtres
ſubſtantias in Tullianum aliq̃d includere conetur.Hoc nimirum eſt Iouẽ
uincire uelle ac ſalice uiminea,aut reſti nautica ligare.Quod ne Thetis q
dem autore Homero pmitteret,aut Cẽtimanus Briareus ille ægeon.Quo
magis contentioſos theologiſtas & nugiuendos ſophiſtas iudicabo cœli
tum & ſupcœleſtium expugnatores non minus eſſe q̃ Aloidas geminos
immania corpa,ut ait Virgilius,qui manibus magnum reſcindere cœlũ
aggreſſi.Haud ſecus atq; Sinaaritas ac Babylonios olim filios Adam hoc
eſt ex humana imbecillitate quã in ſe non agnouerunt prognatos,turrim
altiſſimã exedificantes,cuius culmẽ pertingeret uſq; ad cœlũ,primo-
res בלבל.i.confuſionis autores.Vnde Babel, quam uos Babylona di
citis,nec alterum alterius linguã intelligentes.Per hos.n.garrulos ſyllogi-
ſtas in rebus credendis pietas erga diuinorum uniuerſitatem oĩs amittit,
atq; uincendi ſtudio fraternum odium concitat,uenaticos canes ad ſediti
onem paratiſſimos,ſummæ cõtẽplationis uenenum orbe toto expellen-
dum.Triumphent hæc ſi phas eſt ſyllogiſmorũ artificia,in natura & hu-
manis inuentionibus atq; figmentis.Sed in ſacris oraculis locũ ſibi ne ſpe
rent ullum.Hoc enĩ Parmenides apud Platonem de ſubſtantiis ſepara-
tis Socrati dogma tradidit ita dicens. ἀλλὰ ὁμοίως ἡμεῖς ἐκείνων οὐκ᾽ ἄρχομεν τῇ
παρ᾽ ἡμῖν ἀρχῇ, οὐδὲ γιγνώσκομεν τοῦ θείου οὐδὲν, τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιστήμῃ.i. At ſimiliter nos
illis non imperamus noſtro imperio,neq; cognoſcimus diuini quicq̃ nr̃a
ſcientia.Ei ſermoni & peripatetici aſtipulantˀ & Ariſtoteles ipſe tum arti
fex tum organũ,ut aiunt,ſciendi,cum in reſolutiuorum poſteriorũ uolu-
mine primo,immediatorum ſcientiã eſſe indemonſtrabilẽ affirmat.Poſt
paulo inq̃t. Et non ſolum ſcientiam,ſed & principium ſcientię eſſe aliq̃d
dicimus q̃ terminos cognoſcimus.Principiũ ſciẽtiæ Themiſtius ibi appel
lat noſtram mentem,terminos uero ex q̃bus uidelicet componuntur di-
gnitates maximę ſubiectum & p̃dicatum.Sed Philoponus q̃ uulgo noĩatˀ
Ioannes grãmaticus explanauit hæc nõ parũ ſublimiꝰ & uerius ita ſcribẽs.
ὁ μὲν φιλόσοφος τὴν ἐξήγησιν τοῦ προκειμένου ῥητοῦ οὕτως ἀπέδωκεν. ἀρχὴν μὲν ἐπιστήμης
τὸν νοῦν εἰληφώς οὐ τὸν ἡμέτερον ἀλλὰ τὸν θεῖον καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. ὅρους δὲ τὰ νοητὰ καὶ
θεῖα εἴδη. ὅρους δὲ αὐτὰ καλεῖσθαι διὰ τὸ πέρατα εἶναι πάντων .i. Philoſophus hic
quidem enarrationem p̃iacentis dicti ſic tradidit.Principium q̃dem ſcien
tiæ.Mentem accipiens,nõ noſtram,ſed diuinam & ſupra nos. Terminos
autem

autem ipſas intellectuales & diuinas formas. Terminos quippe illas uocari, propterea ꝙ fines ſint omnium. Cognitio itaque ſupernaturaliũ creditorum a mente pendet, non a ratione, quæ ratiocinando poteſt errare Sic enim idem ſcribit Ariſtoteles ἐπιδέχεται τὸ ψεῦδος οἷον δόξα, καὶ λογισμός. Id eſt. Suſcipit falſum, ut opinio, ita etiam logiſmus, quod eſt ratiocinatio. Vnde ſyllogiſmus nuncupatur. Idem denique concludit poſteriora ſic. Scientia, inquit, omnis cum logo, id eſt cum ratione eſt. Principiorum, ſcientia quidem non utique erit. Quoniam autem nihil uerius contingit eſſe ſcientia quàm mentem, mens utique erit principiorum. Principia uero dicuntur res primæ, & Heſiodus priſciqꝫ omnes Theologi deos fecerunt eſſe principia, igitur hæc cognitio proprie nominatur diuina. Et ut in poſtnaturaliũ primo ille idẽ ſtagirita ſcripſit, eius eſt poſſeſſio δικαίως ἂν οὐκ ἀνθρωπίνη. Id eſt. Iuſte utiqꝫ non humana, ꝙ uel ſolus uel omnium maxime illam deus habeat, & indignus ſit homo quærere circa eum ullam ſcientiam. Deus enim ſolus hunc habet honorem iuxta Simonidem. Sed cum nobis nihil magis conducat ad beatitudinẽ quàm ſummarum & diuinarum rerum cognitio, qua (te rogo) uia Philolae alia homini ad eas pergendum eſt, ſi non ſcientia? quibuſue modis comprehendenda tanta ſummitas? Tum PHILOLAVS. Per ecaſtor ipſe tu, iter oſtendiſti planum atque patens. Cum enim quinque ſint cognitionum opifices, Ammonio teſte, poſt Ariſtotelem, qui eorum quatuor tantum in primo de anima libro meminit. Sunt autem νοῦς. διάνοια. δόξα φαντασία. αἴσθησις. Id eſt. Mens, diſcurſus, opinio, imaginatio, ſenſus. Mens quidem & ſenſus non ſyllogiſſant, alterum longe ſuperius, alterum multo inferius ratione. Sed nec imaginatio quoque cum ſit ſtatio ſenſus & apparitionum inde migrantium reſeruatio. Senſibus autem nequaquam ratiocinantibus, ne putandum quidem eſt apparentia ſenſuũ ratiocinari poſſe. Reſtabunt igitur opinio & diſcurſus, at opinio eſt ipſius diſcurſus concluſio, quapropter ea ipſa non ſyllogiſſat, ſoli ergo diſcurſui quę dianœa nominatur relicta eſt ſyllogiſſandi facultas, hucuſqꝫ Ammonii ſententia eſt in cõmẽtariis quæ edidit ad Ariſtotelis prima reſolutiua. Et qm̃ attigi enumeratione cõpͤhenſiones & cõpͤhenſa breuiter, ne uagetᷣ oratio mea longius, opinor diuina eſſe ſupra ſyllogiſmum, nec rõne humana intelligi poſſe q̃ non ducant originẽ cognoſcendi a ſenſu, ſed ex mera dependent fide, tm̃ ob amorem reuelantis recepta & hoĩm beatitudinẽ credita. Sunt tñ plurima ſane q̃ ſic diuinę ſe ſpeculationi ſæpe immiſcent, ut unius familiæ ſolent qñqꝫ liberti & inquilini comune ſibi nomen uſurpare, atqꝫ illa crebro (ita em̃ fateor) ſe a theologica facultate tractari patiuntur, qa uel aliqualem ordinẽ obtinuerunt ad deũ, aut per ſe aut per reductionẽ, uel alia forte ratione ut creationis, conſeruationis, perfectionis, iuſtificatiõis,

beatitudinis,ſalutis,& ſimiliũ.De illis eq̃dẽ nõ cogito in p̄ſentia ꝙ ſciã ea naturaliter nobis cognita fieri,q̊rũ aut in poſtnaturalibus affert̃ oſtenſio ꝙ ſint,aut in theologicis,propter q̃d ſint.Permitto nimirũ illis rõnem q̃ppe a ſenſu q̊ndã ortis & diſcurſui humano deditis,ſed q̃rum ueritas a ſola pẽdet autoritate reuelãtis,eorũ haud arbitror eſſe ſciẽtiã,nec in illis dñari ſyllogiſmũ uelim.Sed id'cm̃ q̊d oĩb⁹ erit p̄ſtãtius fides,quã q̃ hẽt,is ab Ariſtotele in prioribus reſolutiuis appellat̃ βέλτιον διακείμενος ἢ εἰ ἐτύγχανεν εἰδώς .i.melius diſpoſit⁹ q̃ ſi eſſet ſciẽs,q̊d explanauit ita Philoponus,id eſſe,melius cognoſcere q̃ ꝑ demõſtrationẽ.Ad hæc Marran⁹,Aſſentior tibi Philolae,inq̃t,& tecũ q̊q; illa ip̃a q̃ merę ſunt fidei & pure credibilia ueto ſubiecta eſſe logicis tẽdiculis,q̃ plane magis ſunt cõtẽplãtibus detrimẽto q̃ lucro,idq; nr̃i pariter aſſeuerãt tã græci q̃ latini.Hieronym⁹ ille Dalmata in pſalmũ cẽteſimũ quartũ ſcribẽs,ſyllogiſſandi artẽ theologię applicatã cõparat plagis ęgypti,et ſic ait,Cyniphes dialectice artis ſtimul⁹ intelligit̃ q̃ licet paruũ uideat̃ re ipſa hẽre ſeductiõis aculeũ,grauiſſime tñ ſauciat mentes humanas.Quapropter doctiſſimus iſte uir hãc technã quã & uanitatẽ ſenſ⁹ & obſcuritatẽ mẽtis agnoĩat,oĩno ab hebraicis dimouit ſtudiis atq; reiecit,cũ ſępe alias tũ aptiſſime ad Damaſum de q̃ſtiõib⁹ ſibi ꝓpoſitis q̃n in ſecũda iis uerbis utit̃.De hebraicis diſputãtẽ,nõ decet Ariſtotelis argumẽta cõq̃rere.Et in pſalmo Cxliiii.de theoſophiſtis ita ſcribit.Q̃n tecũ cœperi[illegible] diſputare ſic uerba eorũ breuia ſunt,ſic artifici ſermone cõcluſa,ut euadere tibi difficile ſit,cũ.n.te ligauerint ſyllogiſmis ſuis,& te clauſerint,& quaſi maceriã ſyllogiſmũ tibi texuerint ac ędificauerĩt,nõ poteſt corruere,nõ potes trãſire,teneris ĩcluſ⁹,nõ eſt ruina maceriæ neq; trãſit⁹.Cũq; ibi tenuerint te quaſi q̊dã giro incluſum,tũc nõ eris in anguſta uia q̃ ducit ad uitã,ſed in lata q̃ ducit ad mortẽ.ἐπεὶ καὶ ἡ τῆς ἁπλότητος πίστις, βελτίων ἐστὶ τῆς ἐκ περιεργασίας πιθανολογίας.i.Q̃m & ſimplicitatis fides melior eſt q̃ curioſitatis ꝑſuaſiua rõ,ut dixit Athanaſius in lib.iii.aduerſus Arianos,cõfirmat hoc idẽ in ope cõtra gręcos,q̊d ſic ĩcipit.ἡ μὲν περὶ τῆς θεοσεβείας καὶ τῆς τῶν ὅλων ἀληθείας γνῶσις, οὐ τοσοῦτον τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων διδασκαλίας δεῖται, ὅσον ἀφ' ἑαυτῆς ἔχει τὸ γνώριμον.i.Ipſa q̃dẽ de cultu diuino & de uniuerſorũ ueritate cognitio,nõ tã inſtituta ab hoĩb⁹ doctrina eget q̃ ex ſe ipſa hẽt notoriũ ſuũ.Sic Athanaſius.Hoc nihil eſſe uerius quiſq; ſibi conſtituat.Quo enim dicendi ſtudio aut q̊ ꝑſuadẽdi conatu opus erit ei⁹ q̊d mea ſpõte parat⁹ ſum credere,q̊dq; iã ſolo erga reuelãtẽ amore meo ac ſingulari ueneratiõe libẽter recepi,ne minimę q̃dẽ rõnis ui coact⁹ aut ĩduct⁹,quã ſaltẽ tenebricoſa in hoc corp⁹ demerſi ac uincti aĩ obtuſitas poſſet excogitare,Multo uberius hæc tractãt Iuſtinus ille phũs chriſtian⁹ ĩ lib.de recta cõfeſſiõe iãbũ priſcũ iſtuc citãs.οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισι τῶν θείων σαφές.i.Nihil.n.hoĩb⁹ diuinorũ manifeſtũ,q̃ & Socratis fluxit ab ore.Fert̃ ita Xenophõtis Socratici ad æſchinẽ ep̃la,ubi oĩb⁹

inq̄t patet diuinas res cognitiōe humana cōp̄hēdi nō poſſe, quare ſufficit pie ipſos deos ex aīo colere, quales autem ſunt, nec inuenire nobis poſſibile eſt, nec phas quęrere, nec enim ſeruis conducit, nec eis laudabile dixerim ſi dominorum ſuorum cōſilia niſi q̄tum ad miniſterium ſuum p̄tinet ſcrutari uoluerint. Et ut de Socrate aliorumq̧ philoſophorū ſectatoribꝰ ſcripſit idem in Memorabilibus, ἐθαύμαζε δ᾽ εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατὸν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν. i. Mirabat̄ aūt uidelicet Socrates, ſi non manifeſtum ipſis ſit, q̄ ea nō eſt poſſibile hoībus inuenire. Talis ſemp̄ fuit oīm ætatum & oīm ferme religionū ſententia, ut humano intellectu non capiantur q̄ prius in hoīs ſenſu non fuerāt, & q̄ intellectus non capit, ea nec ratio diſcutit, q̄ autē rō non diſcutit ea neq̧ ratiocinationis diſcurſus quam διάνοιαν uocant iudicabit, q̄d tum maxime diuinitus reuelatæ ueritati congruit, etiam ſi de earum aliqua imaginarios nobis animi cōceptus formemus, ut quicquid religioſe pieq̧ receperimus id argumentationis uiolentiæ non ſubdamus uel ullo nobis phantaſmate propoſito. Maiores itaq̧ imitatus ille Naziāzenus Gregorius, q̄ eminet inter oēs noſtrates in omī theologicę facultatis genere, omni uerborum & ſententiarum uenuſtate ſimul & grauitate, huic doctrinę haud abſimiliter adſtipulat̄ in libro theologiæ ſecundo affirmans, τὸ, μὴ ληπτὸν εἶναι ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ τὸ θεῖον, μὴ δὲ ὅλον ὅσον ἐστι φαντάζεσθαι. i. Non cōp̄hēſibile fore humano diſcurſu diuinū neq̧ totum quicq̄d contingit imaginari. Ne mi tu Marrane Chriſtianorū me prorſus expertem aut negligentem ſuſpiceris Philolaus reſpōdit, memini Athenagoram philoſophū Athenienſem ad imperatores M. Aurelium Antoninum & L. Aur. Commodum pro Chriſtianis legatum ſic dixiſſe. ἐπεὶ καὶ δι᾽ αὐτῶν τῶν δογμάτων, οἷς προσέχομεν, οὐκ ἀνθρωπικοῖς οὖσιν, ἀλλὰ θεοφάτοις καὶ θεοδιδάκτοις πεῖσαι ὑμᾶς μὴ ὡς περὶ ἀθέων ἔχειν δυνάμεθα. i. Atqui & per ipſa dogmata q̄bus innitimur nō humanis certe ſed diuinitus miſſis & deo doctis, perſuadere uos (non ſicut de prophanis tenentes) poſſumus. Vbi aliter de prophanis perſuaderi, aliter de diuinis inſinuat. Tametſi aliquā multos ex uobis nouerim, qui omnia logicis adinuentionibus confundūt & fuſq̧ deq̧ naturalia mathematicis principiis, ac rurſus theologica naturalibus ſtatuunt confirmantq̧. Sed haud quaq̄ cauſæ diuinæ ſunt naturalibus pares, nec ualent naturalia dirigere diuina, longeq̧ minus illa q̄ ſola fide conſtant ulla ratione poſſunt demonſtrare humanitus ſcibilia, Sicut nec ea quæ ſunt pure credita neceſſario inferunt naturaliter ſcita, p̄ſtantiſſimus enim ille ueſter Dionyſius Areopagita quem ego aut reliquias aut imaginem Pythagoreorum (ut arbitror) haud inſipiēter exiſtimauerim, ſup̄ theologicis iſtis cognitionibus in libro ſuo de diuinis noībꝰ ita loq̄tur οὐδὲ γὰρ inquit ἀκριβὴς ἐμφέρεια τοῖς αἰτιατοῖς καὶ τοῖς αἰτίοις, ἀλλ᾽ ἔχει μὲν τὰ αἰτιατὰ τὰς τῶν αἰτιῶν δεχομένας εἰκόνας, αὐτὰ δὲ αἴτια τῶν αἰτιατῶν ἐξῄρηται. καὶ ὑπερίδρυται κατὰ τὸν τῆς οἰκείας ἀρχῆς λόγον. i. Neq̧ em̄ conſequens illatio cauſatis & cau

ſis,ſed habent quidem cauſata illas cauſarũ receptas imagines.Ipſę autem
cauſæ cauſatis abſtractæ ſunt,& ſuperne reſident iuxta cuiuſq; principat⁹
F rationem.Quo captioſius aliq̃rum ex ueſtris retiaculũ & fallacius dogma
eſt,in rebus ſola fide reuelata cõſtantibus,ſyllogiſmorum proprietate ne
dum utendum,uerum etiã pari dignitate credendum eſſe quicq̃d ex ſacris
oraculis per ſyllogiſticum artificiũ ſeq̃tur,ac bona formali neceſſaria lo/
gicaq; cõſequẽtia infertur. Nihil enim tam diſtat q̃ eſſe diuinitus reuela
tum & humanitus inuentum. Vnde in mera fide pure credibiliũ, credere
& ſcire ſunt maxime diſparata,ubi nunq̃ concluſio ſyllogiſmi fore poteſt
euidentior ex p̃miſſis,etiam ſi p̃miſſis euidentia certa miſceãtur, tñ ſemp̱
concluſio,partem ſequitnr infirmiorem.Recte igitur uel hoc affirmamus
q̊ in eodem ſubiecto & reſpectu eiuſdem ueritatis,non poteſt ſimul ſtare
habitus fidei acquiſitæ & habitus ſcientiæ per demonſtrationem genitę.
Qui ergo contradicit ſacris oraculis,is execrabiliter contradicit fidei. At
uero qui alicui concluſioni humano ingenio,ſubtilibus inuẽtiunculis,Ari
ſtotelicis technis,Eleaticaq; diſciplina,cuius autor fuit Zenon τῆς ἐριστικῆς
φιλοσοφίας ἀρχηγὸς. ut Galenus ait,ſiue Chryſippi tendiculis aut ſophiſta/
rum ſyllogiſmis ex ſacrorum oraculorum reuelatis collectæ atq; illatæ
contradicit,is iam non fidei contradicit,ſed ſcientiæ humanæ repugnat,
non diuinam illuminationem,ſed mortalem induſtriam abnuens haud
execrabiliter,ſed erranter forte, aut quandoq; perſpicaciter,non aũt tur
piter. Quonam modo igitur affirmare quis auſit? diuinitus reuelato & hu
manitus inuento pari dignitate credendum eſſe,niſi qui totus paſcatur ſyl
logiſmo ſicut bos fœno.Sane quæ (amabo te) intercedit dignitatis pari/
tas iſtius & illius? Fidele illud,at iſtud ſcibile.Mens illius ſedes eſt,iſtius ra
tio,illud defluit a lumine ſuperno, iſtud ex ſenſu ducit originem.In men/
tis regione aliqua ſunt neceſſaria,quę in ratione ſunt impoſſibilia.In men
te datur coincidere contraria & contradictoria,quæ in ratione lõgiſſime
ſeparantur. Non eſt igitur omnino uerum,ſi præmiſſæ ſint de fide con/
cluſionẽ iccirco fore de fide. Nam execrabilis eſt propoſitio hæc,nullum
adorandum eſt creator,Multo etiam execrabilior iſta,Omne ſculptile eſt
adorandum.In eis nanque ambabus blaſphematur fides,attamen & ſacra
& fidelis non eſt hęc,inde conſequens,nullum ſculptile eſt creator,quam
naturali ratione demonſtrare poſſumus,ergo ueritas eius non pendet ab
autoritate reuelantis.Sed eius euidentia longe credita fide minor eſt.Pa/
ri ſuaſu fallimur aſſentiendo,quia concluſio ſit de fide,iccirco aliquã præ/
miſſarum neceſſario eſſe de fide. Quis enim ignorat Hebræis, Chriſtia/
nis & Agarenis eſſe ſumma fide creditum q̊ ſculptile non ſit adorãdum,
ad cuius tamen aſſertionem inferendam naturalibus utar præmiſſis, nul
lum lapidem eſſe adorandum, ſculptile autem uidemus lapidem eſſe.

Tum Marranus, Commodũ mihi Philolae reducis inquit in memoriam noſtrorum q̃rundam elenchos ſophiſticos, cum dicunt, concluſio eſt hæretica, ergo aliqua pmiſſarum. Qua in cauſa miror ſupra q̃ꝫ dici poteſt, ꝙ iſti aliquos uel hoies q̃nq̃ꝫ inueniant, qui eis talia credant. Sed quid ego æthiopem lauare conor, qui nulla opa candeſcit. Sunt p̃terea q̃ tametſi reuelantur, tñ etiam ſequuntur de reuelatis, q̃ ſi acceptentur a credẽte, fides potius erunt ꝙ reuelata q̃ ſcientia ꝙ illata. Sicutq; quæ p̃cipit eccleſia mea eſſe credenda etiam q̃cunq; ingenio compoſita, præſumuntur potius a ſpiritu ſancto eſſe reuelata, q̃ humana ratione inuenta, q̃tumuis quadam ſyllogiſtica ſubtilitate inducant̃. Sic ille ad eccleſiam Alexandrinã ſcripſit Impator Conſtantinus de concilio Niceno dicens. ὁ γὰρ τοῖς τριακοσίοις ὁμοῦ ἤρεσεν ἐπισκόποις, οὐδὲν ἐστιν ἕτερον ἢ τοῦ θεοῦ γνώμη, μάλιστα ὅπου γε τὸ ἅγιον πνεῦμα τοιούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον, τὴν θείαν βούλησιν ἐξεφώτισε .i. Quod enim trecẽtis ſimul placuit epiſcopis, nihil eſt aliud q̃ dei ſentẽtia maxime ubi ſanctus ſpiritus talium tot & tantorũ uirorum mentibus incumbens diuinam uoluntatem declarauit. De epiſcopis loq̃tur hic, eccleſiã uniuerſalẽ ſpiritu diuino agitatam rep̃ſentantibus, non de q̃rumlibet q̃tũcunq̃ꝫ polyphemorum heteroclitis ſine cerebro capitibus. Abeant igitur in officinam ſuam miſtiones ſyllogiſmorũ de eſſe, de neceſſario, & de contingenti, aut ſi qua ſint alia logicæ curioſitatis poſſibilia ſeu impoſſibilia. Nulla em̃ eſt orõnis fideliter creditæ ad neceſſariã propoſitionem æqua compatio, cum neceſſaria poſſit eſſe dubitabilis, reuelata uero nihil ſit euidentius. Ne igitur occupẽt eiuſcemodi miſtiones adyta ſacrorũ, ne moleſtent hierophãtas, q̃nĩmo ſecedant (ſi aliq̃d poſſe uelint) ad artes ſellularias aut naturas cemẽtarias aut ſupputatiões mathematicas, ne trãſeant limites, ne attingant τὴν ἀδίδακτον καὶ κρυφίαν τῶν μυστηρίων καὶ συμβόλων παράδοσιν. Recta, inquit Philolaus, incedis amice ad Pythagoræ profecto uiri diuiniore doctrina imbuti obſcuras latebras, nullis humani ingenii argutiolis pueſtigandas, q̃ nobis ambigendi formidinem magis incutiunt q̃ generẽt adhærendi firmitatem. Non em̃ poterit diuinorũ tantus ſplendor p̃ tam tenues et aniles ſophiſmatum rimulas tam ſtrictim a noſtris noctuinis oculis cerni. Sed opus erit ampliſſimis cogitandi & credẽdi uiribus, maxĩeq̃ꝫ (ut ait Terentius) fide & taciturnitate. Quo motus Pythagoras, om̃ibus diſciplinis toto orbe hauſtis primus philoſophiæ creditor, nihil prius, ut ſcripſit Apuleius, diſcipulos ſuos docuit q̃ tacere. Nam hoc erat primum contemplatiuæ ſapientiæ rudimentum, meditari condiſcere, loquitari dediſcere. Perinde atq̃ꝫ tam auguſtę maieſtatis Pythagorica ſublimitas multo eſſet dignior q̃ ꝙ pueriliter iactatis gerris loquitando & garriendo cõprehendi poſſet. Satis uero nobis patet ex iis q̃ è Simone accepimus, etiã Pythagoram ſicut cætera Cabaliſtarũ ita hoc q̃q̃ꝫ genus doctrinæ in græciam attuliſſe, ſcilicet ꝙ de quæſtione altiſſima diſcipulus interrogaturus

taceat. Interrogatus uero ſolum reſpondeat αὐτὸς ἔφα Ipſe dixit. Sic Caba-
liſtæ reſpondent אמרו חכמים .i. Dixerunt ſapientes. Et Chriſtia
ni quocꝫ ſuis dicunt πίστευσον .i. Crede. Tum Marranus, Fortaſſe nos taxas
Philolae quibus id & Imperator Iulianus improperauit dicens, ὑμῶν ἡ ἀλο
γία καὶ ἡ ἀγροικία. καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὸ, πίστευσον, τῆς ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας .i. Veſtrum ir
rationalitas & ruſticitas, & nihil ultra ipſum crede, ueſtræ eſt ſapiētię. Cui
conuitio Nazianzenus in prima inuectiua prudenter occurrit, ꝙ pariter
hoc Pythagoreis ſit primum & maximum diſciplinæ fundamentū, tacere,
deinde nullam dictis exhibere rōnem niſi αὐτὸς ἔφα, quapropter is inique
nos redarguat, quippe εἰς ταὐτὸν εἴκοντος τοῦ, αὐτὸς ἔφα, τῷ, παρ' ἡμῖν πίστευσον, ἐν
ἄλλαις συλλαβαῖς τε καὶ ῥήμασι .i. In idē cedente iſto, ipſe dixit, & apud nos cre
de, licet aliis ſyllabis & uerbis, ita Nazianzenus. Habemus nunc memori
ter eorum ꝗ præ ꝗbuſcꝫ cęteris ſacra diligentius tractauerunt unanimem
diſcendi morem uidelicet. Cabaliſtarum אמרו, Pythagoreorum ἔφα,
Chriſtianorum πίστευσον. Cæterum quicqd aliorum eſt diuinum non eſt.
Equidem ante multo cogitaui tm̄, Philolaus ait, ea oīa ex Hebręorum flu
H xiſſe Cabala, iam certo certius ſcio, clare nancꝫ uideo, quæcunꝫ Simon
nobis oñderit philoſophiæ Italicæ, hoc eſt Pythagoricis adamuſſim qua
drare, ut haud ab re iudicauero Cabaliſtarum & Pythagoriſtarū inter ſe
cuncta eiuſdem eſſe farinæ. Oīa nancꝫ ſtudia noſtra utricꝫ reducūt ad hu
mani generis ſalutem, & omnia entia quę ſubſiſtunt, aut ſubſtant cōtinuo
ad Ideas referunt q̄ uere ſunt, & idearum ideam. Vnde utricꝫ ternos eſſe
mundos aſſeuerant, & tertium infinitum, uel potius non finitum, tribuſcꝫ
conſtare oīa. καθάπερ γάρ φασιν οἱ πυθαγόρειοι τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται.
.i. Quemadmodum em̄ dicunt Pythagorei, omne & omnia tribus termi-
nantur, ut in libris de cœlo ſcripſit Ariſtoteles. Nam alia ꝗdem, inꝗt, ſunt
corpora & magnitudines, alia uero habitant & obſeruant corpa & magni
tudines, alia denicꝫ habitantium & cuſtodū principatus ſunt & origines.
Quod ita intelligo. Qm̄ mundus inferior complectit̄ corpora & magni-
tudines ſingula cum ſuis uirtutibus & intelligentiis ſphærarum motoribꝰ
appropriatis & generabiliū corruptibiliūcꝫ curatoribus ac cuſtodibus ꝗ
obſeruare dicunt̄ corpora prouide, ut eſt cuicꝫ tributa prouincia q̊s anti
quitas qn̄cꝫ uirtutes, qn̄cꝫ angelos, tum aliqn̄ & deos, item & dæmonas,
uel pro rerum anxiarum ſollicitudine ꝗbus allegant̄ crebro dęmonia q̊cꝫ
noīauit. De quibus canit Homerꝰ. θεοὶ ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες .i. Dii olympi
ca tecta inhabitantes, ſcilicet ꝗ rebus naturalibus p̄fecti ſæpe querula tur
bantur affectione ac a ſummis ad ima relegati laborū ſuorū cauſas dicūt
πολλοὶ γὰρ τλῆμεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, ἐξ ἀνδρῶν, χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τι
θέντες .i. Multi em̄ patimur olympica tecta inhabitātes a uiris, graues dolo
res inter eos uiciſſim reponentes, ut eſt in Iliados quinto. Nam olympū
intelligunt priſci quintam eſſentiam ſiue naturam hoc eſt cœlum, quare
tecta

tecta olympica ſunt ſphærę cœleſtes ſeu cœli dicti a celando ſicut tecta a tegendo. Deniq͡ʒ uirtutes cœleſtes & uires elementares ac rerum naturaliũ proprietates Heſiodus deos ex cœlo & terra dicit genitos in ſua theogonia, & Orpheus græcorum primus theologus ad Muſæũ ſcribens eoſdem appellat dæmonas his uerſibus. δαίμονας οὐρανίους καὶ ἠερίους καὶ ἐνύδρους καὶ χθονίους καὶ ὑποχθονίους ἠδὲ πυριφοίτους .i. Dæmones cœleſtes & aereos & aquaticos & terreſtres & ſubterraneos & igniſequos ſeu igni aſſiſtentes In operũ q̃q͡ʒ ac dierum libro Heſiodus, Dæmones inquit boni ſunt terreſtres cuſtodes mortalium hoĩm. Ipſe quidem Apollo ſe ſuiq͡ʒ ſimiles dæmonas roganti q̊ndam Theophilo reſpõdit angelos eſſe pro incumbẽte ſibi adminiſtrationis officio ut eſt in oraculis. Sic enim cecinit ut ferme ſolet omnia hęroice. οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον ἐν πυρὶ ναίων, τοῦτο θεός μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς .i. Nomen ne ratione capiendum in igne habitãs, hoc deus, Parua aũt dei portio angeli nos. Erigamus ſi libet ad altiora ingeniũ noſtrum, q͞ppe ad uniuerſi huius globi uitales influxus. Nam mundus ſuperior cõplectit̃ ſuperos, eſſentias incorporeas, diuina exemplaria & orbis huius ſigilla, q̊rum inſtar, oĩm rerum inferiorum facies ſunt factæ, quę Pythagoras appellauit ἀθανάτους πρῶτα θεοὺς .i. Immortales prima deos, uelut principia rerũ ex mẽte diuina productas ideas ut ſint eſſentiales ἀρχαὶ principatus & origines habitãtium corp͞a, id eſt ſpecierum, compoſitas huius mundi res informantiũ. Quo plane intelligit̃ alios etiam illic eſſe ĩmortales ſecunda deos, prima eñ ſecunda referunt, entia incorporea ſingularia & indiuidua nõ materiali numero ſed formaliter formali inter ſe differentia, puta ſpiritus ab om̃i materia liberos, ſimplices & impermiſtos, ſua pte natura extra cœlum ſenſibile commorantes, & ut ait Ariſtoteles, nec tempori nec loco aſtrictos unde nec ſeneſcant nec tranſmutent̃, multomagis nulla uariatione nec alteratione, nulla deniq͡ʒ paſſione affecti ſufficientiſſimam ſibi & optimam ducant uitam, habitentq͡ʒ æthernitatẽ, q̊d nuncupatur æuum, & gręce αἰὼν quaſi ἀεὶ ὤν .i. ſemper ens, qm̃ idem illud ſeculũ ſemper fuit, eſt, erit, intemporaliter, in mente diuina, ex energia tñ dei foras creatum, & extra cœli noſtri conuexa conſtitutũ, pro domicilio ſplendidiſſimo ſpirituũ beatorum, q̊s Pythagorei ueros deos exiſtimant in ſublimi ætheris uertice locatos cum prorſus obiectu, tum retro partu æuiter nos, ſcilicet æuo immortali & diuino p̃ditos. Ab ipſo aũt eodem æuo etiã aliis diſpẽſatum eſt & tributum eſſe & uiuere, his q͞dem clarius, his uero obſcurius ut idem dixit Ariſtoteles. Quid aũt id ſit per q̊d diſpenſet̃ & tribuat̃, ab hoc æuo diuino & immortali rebus aliis, hoc eſt inferioribus eſſe ipſum, non fortuitum obiter, aut perfunctorie illapſum, ſed cuius libet ſpeciei conſimiliter ſubſtãtiuũ, certe primi oĩm Pythagorei Socrates & Plato ſequentes p̃ceptorem ſuum, diſcipulos illius familiæ docuerunt, cũ au

diuiſſent Pythagoram ſemper de diuinis obſcure loquentem, dicere ſoli tum, ꝙ tetractys traderet animæ noſtræ fontem perennis naturæ, tunc plane intellexerunt Tetractyn eſſe Ideam in mente diuina tradentem, & fontem eſſe Ideam exemplarem traditam, & perēnē naturam eſſe Ideam rerum eſſentialem receptam. Quare Alcinoo teſte dixerunt hoc modo. ἔστιν ἡ ἰδέα ὡς μὲν πρὸς θεὸν, νόησις αὐτοῦ, ὡς δὲ πρὸς τὸν αἰσθητὸν κόσμον, παράδειγμα. ὡς δὲ πρὸς αὐτὴν ἐξεταζομένη, οὐσία. i. Eſt idea quoad deum qdem cognitio ſua, q̊ ad ſenſibilem autē mundum exemplar, quoad ſe ipſam uero conſyderata, eſſentia, ceu loquentis uox (uti eſt apud Areopagitam) una cum ſit atq; eadem, a multis auribus ut una percipitur. Eſt em̄ uox primo in uociferato re, ſecūdo in uocalitate, & tertio in q̄libet auditore. Quō aūt in mūdo ſen ſibili ſemper ſphæra prior in oēs eam ſequentes influit, ita in mundo ītel lectuali non tm̄ ſingulos choros ſuperiores influere arbitramur in om̄es choros inferiores, uerumetiā totum mūdum ſupiorem influere in totum mūdum inferiorem, ut oīa pro ſuo captu q̄tum fieri poteſt momentanea ad ætherna & infima reducanť ad ſumma. Nihil tn̄ mere creaturarum ad tertium mundum reduci poteſt, nihil enim tantæ ſublimitatis ſuapte natu ra capax eſt, niſi deus. atqui tertius inquā mundus ille ſuperſupmus om̄es alios mundos continens ſolius deitatis eſt, unaq; diuina conſtat eſſentia, ut plane mihi uidetur recte cognoīata παντοκρατορικὴ ἕδρα. i. oīpotens ſedes locata immo exiſtens ſuper omne æuum & ſup omne ſeculum (eſt em̄ ſe culum ſeculorum) ὑπάρξεως. ὑποστάσεως, οὐσίας. φύσεως. ὀντότης καὶ ἑνότης προοῦσα. i. Exiſtētiæ, ſubſtātiæ, eſſentiæ, naturæ, entitas & unitas p̄exiſtens. Quod Pythagoras noſter ἓν appellauit, & Parmenides Pythagoreus ὄν, uterq; haud abſimili ratiōe ὅτι ὑπερούσιον, ἕν. καὶ τὸ ὄν, ἕν. i. ꝙ ſupeſſentiale unum, & ens, unum. Sed nemo antiquitatis tam peroſus aut tantus contemptor ma iorum eſſe optauerit, ut tm̄ & tam ſapientē Pythagorā exiſtimet tam anili amentia correptum fuiſſe ꝙ putaret abaci numeros aut pueriles talos q bus iactarent uultorios quatuor, aut mercatorum calculos ceteraq; id ge nus eſſe rerum oīm principia, quę non ſolum rebus non p̄ſint, uerū etiam ſecundum res accidant. Quin potius intelligi uoluit ipſum eſſentialiter & ſimpliciter unum, a quo, & ex quo, & per q̊d, & in quo, & ad q̊d oīa ſunt, & ordinanť, & pmanent, & continentur, & impleňť, & cōuertuntur; idēq; eſſe primum unum & primum ens, q̊d in ſecundo poſtnaturalia teſtatur Ariſtoteles his uerbis. πλάτων μὲν γὰρ καὶ πυθαγόρειοι οὐχ ἕτερόν τι τὸ ὄν, οὐδὲ τὸ ἕν. ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ὡς οὔσης τῆς οὐσίας ταυτὸ, τὸ ἓν εἶναι καὶ ὄν τι. i. Plato nanq; & Pythagorei nō aliud aliqd ipſum ens, neq; ipſum unum, ſed hoc eorum naturā eſſe, ceu exiſtentis eſſentię idem unum eſſe, & ens aliquod. Sane Xenophanes ille Parmenidis p̄ceptor & idem Pythagorę coæuus, quanq̄ oīa celare mos illorum fuit, tn̄ uiſus eſt clariſſime nobis explanare quid ipſum unum eſſe intellexerūt, de q̄ in rerū principiis uerba fecerint.

Dixit aũt illud unum,eſſe deum,quo liquidius Pythagoræ arcana nobis patefiunt cũm ſtatuit infinitũ & unum & numerum eſſe prima rerũ principia.Per infinitum nihil aliud ſignificans q̃ ipſum poſſe,nihil em̃ qs unq̃ ne cogitauerit quidem,prius ipſo poſſe,q̃d maxime infinitum in deo eſt, immo ipſum,infinitus deus eſt,in q̃ non ſeparantur eſſe & poſſe,q̃d oĩum producibilium & ſingulorum q̃rumq; continet eſſentias uirtutes & opa tiones cum oĩbus proprietatum & accidentium cõnnexilibus differentiis & unionibus. Cæterũ Pythagoræ aſſentit̃ etiã ea in re Anaxagoras ante q̃s uiros nullam græcos oẽs dei habuiſſe cognitionem Euſebius Pãphili autor eſt.Dixit em̃ Anaxagoras, qm̃ erant oĩa ſimul.Et Democritus,erãt inqt omnia ſimul potentia,uidelicet δυνάμει.i.in ipſo poſſe.Hæc eſt illa q̃q; miſtura ſiue rerum cõmiſtio Empedoclis & Anaximandri,nequaq̃ tñ in aliq̃ Heſiodi aut Ariſtophanis chao nocte & erebo confuſa,ſed in deitatis pleno lumine diſcreta,& in ipſo infiniti luminis intimo penetrali ordinata,quãq̃ ſi haud inique intelligatur Heſiodus,certe chaos noctem & tenebras nõ eſſe rerum principia,ſed ex principiis orta ſtatuit.Id.n.in Theogonia protulit. ἐξ ἀρχῆς καὶ εἴπαθ᾽ ὅτι πρῶτον γένετ᾽ αὐτῶν. ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετο. Deinde ſequit̃ ἐκ χάεος δ᾽ ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο .i. Ex principio & ſiqñ aliquid primo factum eorum eſt,certe primum chaos factũ eſt. De chao aũt erebus nigraq; nox nata ſunt.Ariſtophanes uero aliter in auibus ſcripſit χάος ἦν καὶ νὺξ ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον.i.Chaos erat & nox erebuſq; nigrum primo.Sed ita fingit poetice muſarum more alludẽs ſuis auibus ut ex ouo poſſet amorem excubare,ac ſimul Orphei ſupparaſitat̃ in Argonauticis, non abſimiliter ſentienti quapropter hoc idem repetendo rurſus iterũq; meminerim,oĩa & ſingula in illo ipſo poſſe,non confuſe,non in chao, nõ in erebo,nec obſcura nocte,ſed diſcrete ac ordinate in pleno lumine ſcilicet in ipſa luminoſa & oĩm fulgentiſſimorũ radiorum ſplendidiſſima claritate ac illuſtris & illuſtrantis eſſentiæ diuinæ intuitu notitia cognitione uerſari,quæ optimo iure ab antiq̃ſſimis philoſophorum Idea nominatur ἐκ τοῦ ἰδῶ, ὃ γινώσκω cuius q̃dem poſſe eſſe,cum oĩa complectatur mentalia, rationalia,intelligibilia,ſenſibilia,uitalia,ſubſtãtialia,adhæſibilia,& adhæſiua,non tm̃ eorum q̃ ſunt,uerumetiam quę non ſunt,tum uere illud poterat infinitum appellare Pythagoras,quod & a ſapientiſſimis dictum erat ἀπειροδυνάσθαι .i.Infinite poſſe,qm̃ & ipſum eſt infinitum,& una eadẽq; infinita & eſſentiali Idea complectit̃ res infinitas.Nihil em̃ uel fuit,uel eſt,uel erit in ſupcœleſtibus,cœleſtibus,terrenis,corporeis aut ĩcorporeis,in angelis,in hoĩbus,in brutis,in plantis,in tota uniuerſi natura q̃d non poſſeſt uel ut grammatice loquamur potis eſt.Ex hoc om̃ia prodeunt,& hæc eſt ἀπειροδύναμος καὶ παντοδύναμος δυναμοποιὸς δύναμις .i.Infinitepotens & oĩpotens potentifica potentia,q̃ nihil aliud eſt q̃ diuina eſſentia,intra quam ante oĩa

unũ producit duo. Hic tenes Marrane totũ meum Pythagoram. Duo primus numerus eſt, unum uero prĩcipium numeri. Q; ſi credis Xenophani ut ante audiſti, unum illud deus eſt, & cum intra eſſentiã diuinã productio duorum manſerit (numerus em̃ ſe ipſo conſtituit, Boetio peripatetico autore, iuxtaq; unum ſolus binarius naturaliter eſt) tum neceſſario, duo quoq; illa, deus ſunt, q̃niam intra deum nihil niſi deus eſt. Tres igit̃ hæ res principium & primum cum ſiſit, & unam dei eſſentiã non exeant, tum deus plane unus ſunt, non em̃ eſſentia eó ſcinditur, q͂ ex uno duo producta numerãtur, ſicut in rebus quoq; corp̃eis ſępe fit ut unitas mota in duitatem (ſit uenia comparationi) uſq; ad terna progrediat̃ manente rerum ſubſtantia ut ſtipitis & ſurculorum, uel æquius ut hoĩs corpus brachium & digitus. Ex uno itaq; in diuinis producente, duobuſq; productis, trinitas oritur, quibus rebus ſi addatur eſſentia ab eis formaliter diſtincta, erit formalis quaternitas q̃ eſt infinitum, unum, & numerus duorum Omnis numeri ſubſtantia, perfectio, & finis. Nam unum duo tria quatuor collectiuo progreſſu decem conficiũt, & extra decem nihil eſt. Quare hoc ipſo intellexit Pythagoras oĩm quoddam rerum principium eſſe, quod Tetractyn noĩauit. Nam tetras græce, quaternitas eſt, & actís, formale ſolis, ſiue radius, ex quali formalitate licet iam ſup̃ſubſtãtiali, meus ipſe, unũ illuſtre nomen conſtituit quaternitatis, ueluti quatuor inter ſe formaliter diſtinctorum. Vtq; ſacrũ a prophano ſegregaret, optima ratione nomen ſanctũ p̃ y pſilon ſcripſit, cum ἀκτὶς uulgo per iota ſcribi conſueuerit. Adhuc aũt & ipſe quoq; Tetractyn ut deum aliquẽ hoc loco excellenter in genere maſculino protulit, quo more latini ueteres Cupidinem aut Venerẽ maſculine pronunciarunt, cũ alias inſtrumẽtalem quaternitudinis numerum ipſam Tetractyn genere fœminino eloquant̃. Deum autem ſe illũ oſtendere uoluit p̃ quem ipſe iurauit μὰ τὸν τετρακτὺν quo nihil haberi debeat ueneratiõe dignius. Nam ut Ariſtoteles ait ὅρκος τὸ τιμιώτατόν ἐστιν. i. Iuramentum eſt honorabiliſſimum. Ego ſane hoc in loco Hierocli non aſtipulabor qui aurea carmina Pythagoram ipſum conſcripſiſſe opinor. Atq pariter optarem propter mirificę ſanctitatis reuerentiã, q͂ Tetractys romana lingua non quaternarius nec quaternitas, ſed uoce mutata quaternio aut quaternitudo noĩaretur, quale apud uos chriſtianos obſeruatis, ſacrum a prophani uulgi uſu ſecernentes, cum em̃ a ter ternus & ternitas populariter legi debeat uos ſacroſanctam hypoſtaſin alterato uocabulo trinitatem appellatis, quaſi triũ unitatem, ſcilicet. n. literam ab ipſo uno propter unitam ſingulorũ naturam mutuantes. Sed ut receptui canam, oĩum rerum, inq̃, una quędam ſumma res eſt Tetractys, Pythagoricum principium. Tum Marranus, belliſſimũ recordor ab hoc exemplo Philolae illud quatuor literarum charagma, in quo uniuerſa generis humani ſalus p̃ſto ſit. Quod nobis Simon tanta ſcri

pturarum

pturarum ubertate cõfirmauit,ubi profecto mihi Iudæorum Tetragrã-
maton ac potius ipſas quatuor literas ex qbus nomen Saluatoris compo
natur non male uiſus eſt Pythagoras in Tetractyn græcum ſymbolũ cõ-
mutaſſe. Mox tum.Ego uero,inqt Philolaus, illo Tetragrammato & illa
ſalute ad quam totum pene genus humanũ reduxit Simon plane nondũ
ſatiatus diſceſſi,quare cum ad eum rediero de iſtis rebus ſi uolet amplio-
ra quæram,præſertim de illo hoĩe q ſalutem ſingulis quibuſq; nobis al-
laturus ſit tanq̃ uniuerſorum rex unctus,ideoq; Meſſiha dictus. At uide
modo uelim num ſit Eſculapius denuo uel p̃ tranſanimationẽ,ut aiunt, in
hunc mundũ uenturus,de q̊ Iulian⁹ Imp. in lib.ii.cõtra Galilęos ita ſcribit. K
ὁ γὰρ ζεὺς ἐν μὲν τοῖς νοητοῖς ἐξ ἑαυτοῦ τὸν ἀσκληπιὸν ἐγέννησεν, εἰς δὲ τὴν γῆν διὰ τῆς
ἡλίου γονίμου ζωῆς ἐξέφηνεν. οὗτος ἐπὶ γῆς ἐξ οὐρανοῦ ποιησάμενος πρόοδον, ἑνοειδῶς μὲν ἐν ἀν-
θρώπου μορφῇ περὶ τὴν ἐπίδαυρον ἐφάνη. πληθυνόμενος δὲ ἐντεῦθεν ταῖς προόδοις ἐπὶ
πᾶσαν ὤρεξε τὴν γῆν τὴν σωτήριον ἑαυτοῦ δεξιὰν ὅπως ἐπανορθοῦται τὰς ψυχὰς πλημ-
μελῶς διακειμένας καὶ τὰ σώματα ἀσθενῶς ἔχοντα, .i. Iupiter em̃ in ſuis intelligi
bilibus ex ſe ipſo Eſculapium genuit, & in terram p̃ ſolis genitalis uitam
deſtinauit,hic in terra ex cœlo faciens progreſſum uniformiter qdem in
hoĩs ſpecie circa Epidaurũ apparuit,auctus itaq; illic ſucceſſibus ſup uni-
uerſam porrexit terram,ſalutarẽ eius dexteram, ut reſtauraret aĩas male
diſpoſitas & corpa inualide habentia. Qui ſi compoſitũ ex illis quatuor li
teris q̃uis etiam alio legendi charactere addito nomen habuiſſet, prorſus
Saluator ipſe putandus eſſet, Aut certe q̃tuſquantus ille fuerat Hercules
Alcmenæ filius a Ioue prognatus diuinum ſemen quem Thaſſii Saluato
rem noĩarunt,& monetæ publicæ inſcripſerũt ſic ἡρακλέους σωτῆρος θασίων
.i. Herculis ſaluatoris Thaſſiorum. Eiuſcemodi nummum argenteũ priſce
p̃cuſſum ego nup̃,ut ſoleo,erga res antiqſſimas incredibili uoluptate his
meis digitis uerti legens & reuerti. Quo non ab re coniectabam,oĩum uo
ce ac conſenſu Herculem inter deos relatũ & ſaluatorẽ eſſe promulgatũ.
Pręter eos fuiſſe alioquin aliq̃multos qui mortalibus opem tulerint ſalua
tores,haud dubium qdem eſt,q̃rum è numero meminimus Ptolemæum
regem ægypti cui nomen Soter.i. Saluator extitit. Romanis q̃q; Curtius
ipſe ſua morte terram reddidit ſaluam,& ſua capita duo Decii pro patria
ſeruanda fortiter deuouere,comunis ſalutis mirifici autores. Tum Mar- L
ranus, Libenter, inquit,te interpellando monerem ut q̃ nobis a Simone
tradita ſunt pſpicacius animaduerteres & paulo ęqus intelligeres. Poſt.n.
q̃ multa de Cabala ille uir oĩfariam ſectę ſuę peritus diſſeruiſſet qd modo
eſſet,& ad qd utilis,oſtendiſſetq; & q̃ eſſet recepta reuelatio,& q̃ facile
nobis iter aperiret ad beatitudinis faſtigium & ſummã fœlicitatem, tum
rogatus a nobis quidnam illud eſſet quod præcipuum diuinitatis reuela
tum fuiſſe putaret,ad quod generatim omnes diuinorum reuelationes re
ducerentur,aiebat id eſſe q̃d dicitur,poſt ruinam primordialem generis

humani uniuerſalis reſtauratio q̃ ſalus noīatur,& quam daturus foret hō
iuſtus & pacificus,uir heros,cuius nomen quatuor contineret in miſera-
tionibus literas,ad quem nos ipſos cunctis negociis ſecularibus abſoluen
tes libere conari debeamus ꝑ oēs gradus idoneos aſcēdere ac migrare in
ipſum,pro ſua quiſqꝫ uirili,ꝙqꝫ ſint huc oēs actus noſtri formandi,huc
oīs contemplatio dirigenda,huc tendat oīs ſacra Iudęorum ſcriptura quę
nobis quaſi ſcala Iacob fore queat ſuꝑ terram ſita & cacumine tangēs cœ
los,per eam tranſcendere nos mundum hunc poſſe corporeū uſqꝫ in alte
rum mundum angelicū,etiam ad ipſam Meſſihę illius Saluatoris aīam,q̃
ſit oīum aīarum ſaluandarum reꝗes & ſatietas,extremuſqꝫ finis,ultra quē
progredi nuſquā ualeamus,qm̄ terminet ſummum habitaculū mundi ſu
premi,& comunicet cum mundo ſuꝑſup̄mo,ſiue dum ꝑ grammaticos di
cere liceat ſup̄miſſimo, quin potius incomꝑabili,ad ſummum, hanc eſſe
oīum hoīum ꝑpetuam ſalutem cunctorum bonorū aggregatione cōple-
tam.Quę ſi memineris a Simōe ſic eſſe propoſita,quanq̄ ꝑ ambages,mea
ꝗdem ſententia non dubitabis,nec illos tuos ſaluatores,nec etiā iudęorū
q̊ſdam de ꝗbus uigintiquatuor biblia ſæpe honorificam fecere mentionē
in tanta unqꝫ fuiſſe dignitate conſtitutos, ut generi humano ſalutem uni
uerſalem afferre potuiſſent,ꝑ quam hoīes in omni orbis terrarum ſpacio
q̊tq̊t eſſent,ſempiterno æuo læte frui,& cum deo poſt lapſum redire uale
rent in gratiam.Quid enim de tuo Eſculapio complures ſenſerint alii,tu
uideris,qui aſſerūt illum meretricio inceſtu natum ex Coronide uenuſta
muliercula,de qua canitur.Pulchrior in tota q̃ Lariſſæa Coronis nō fuit
æmonia,& eam ſæpe in templo Apollinis ſubegerint atqꝫ comp̄ſſerint ſa
cerdotes, ꝗ adulterinis complexibus a ſe genitum Eſculapiū,finxerunt dei
filium eſſe iſto loco culti.Apis aūt ægyptius ꝗ artē medicinæ primus grę
ciæ intulit tam inſignis eo ſeculo tēplarius,ut etiā mortuus in templis pro
deo coleret̃,ſingulari erga ſacerdotes Apollinis fauore ductus infantem
ſuſcepit alendum & inſtituendū,quem diſcipulo q̊ndam ſuo Chironi Cē
tauro deinde commendauit medico ꝑitiſſimo,ut artem curandi tuendiqꝫ
corꝑis in Eſculapium tranſfunderet.Quo facto,in uirum euaſit Eſculapiꝰ
& fama & opibꝰ magnum.Auaricia uero tum inſtigatus,& cupiditate ho
noris diuerſas mundi regiones ad pecunias arte medica corradendas ꝑa
grauit.Iamqꝫ diuitiis plurimū abundans, & fama ingenti p̄ditus ſtulte ſe
deum noīauit,promittens non ſolum ægrotis ſanitatem,uerū etiam mor
tuis denuo uitam,ſuꝑ quo Ioui ſuꝑbiæ ſuę pœnas dedit,nam fulmine ictꝰ
periit.Sic em̄ Pythagoreus ille Pindarus Pythionicarum tertio ſuꝑ Eſcu
lapio cecinit. χερσὶ δ'ἄρα κρονίων ῥίψας διάμφοῖν, ἀμπνοὰν στέρνων καθῖλεν ὠκέ
ως. αἴθων δὲ κεραυνὸς ἐνέσκιψε μόρον.i.Manibus ergo Iupiter proiiciens amba-
bus,reſpirationem p̄cordiorū deſumpſit ſubito.ardēs aūt fulmen inflixit

mortem

mortem. In hanc ſententiam Apollo querulus ſuper Eſculapii filii morte Euripidi fingit. ζεὺς γ̀ κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν αἴτιος ἀσκληπιὸν στέρνοισιν ἐμβάλλων φλόγα. Quare niſi plane in diuinis plumbei ſumus hoı̃em tam alienũ a dignitate, ſaluatorem eſſe humani generis non putabimus, et ne in uniuerſo qdem ſanatorem, qui opem non alibi, q̃ in Pergamum, & Ioniam, & Taranta, & Romam, & Con. et ægas, ac in eas circa regiones contulit. Nimio tu uictus amore tuorum Marrane, Philolaus inquit, plus q̃ ueritate, omĩs hoı̃es minoris æſtimas immo q̃minimi cenſes, qui non Galilæi ſunt. Peruerſus hic mos eſt mea ſententia (ſit uenia uerbo) non modo laudem alienis nõ admittere ſed & uituperare, nec tibi ut uideo ſatis fuerit tuiq; ſimilibus, optimos uiros ſuo ſeculo uirtute claros q̃s antiqtas ob egregia facta in deos retulit non eſſe deos contendere, niſi & ſe diabolos tartareos feceris. Ita Lactantium tuum hoc in loco imitatus, q decimo capite libri primi ad Conſtantinũ Imperatorem ſic ſcripſit. Eſculapius & ipſe nõ ſine flagicio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honorib⁹ dignum, niſi ꝙ ſanauit Hippolytum, mortem ſane habuit clariorem ꝙ a deo meruit fulminari, hæc ille. At lingua oı̃s quæ felle inficitur uero guſtu caret, fatetur is tñ rem eſſe diuinis honoribus dignam, largiri ſanitatem, q̃d & ſecum oẽs fatentur ægroti. Sed qd aliud fecerit Eſculapius ſi neſciat Lactantius, Socratem ſapientiſſimũ interroget, q gallum ei offerendũ uouit, ut eſt in Platonis Phædone, non ut ſibi corpus ſanaret, qui iam morti adiudicatus uenenum biberat, ſed ut parenti Apollini hoc eſt primo & incorporeo Soli æthernæ uitæ diſpenſatori, animum tranquille morientis cum lætitiæ iubilo & pęane redderet. Nam gallus Apollini Phœbo q Sol nominatur ſacer eſt, horarum & diei lætus nuncius. Eſculapius aũt dictus eſt a ueterib⁹ Iubilatio Apollinis uictoria & triũphus q pæan appellat̃, eo ꝙ pauã ceſſationem & quietẽ poſt liberationem noı̃arint, Ea em̃ ætate conſueuerunt inituri pugnam prius Marti, & poſt pugnã uictores Apollini pæana referre. Qꝫ apte igit̃ Socrates in Eſculapio q eſt pæan ſolem uitæ datorẽ ueneratus ſit iam iãq; moriturus, doctiſſimorũ hoı̃m recta iudicia uiderint, dignum ſane ratus & optimo cuiq; officioſum, huius mundi Pythone maximo ſerpente uicto & pedibus calcato, qñ ꝑ mortem celeriter ad ueram uitam iter capeſſitur Eſculapio qdem offerre id eſt pæana celebrare. Sic Orpheus uetuſtiſſimus uatum & coetaneus iſtorũ deorũ, nam cum Tyndaridis & Hercule nauigaſſe perhibetur, in hymnis cecinit. ἰητὴρ πάντων ἀσκληπιὲ δέσποτα παιὰν, ἐλθὲ μάκαρ σωτὴρ βιοτῆς τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων .i. Sanator oı̃m Eſculapie domine Pæan. Veni beate ſaluator, uitæ finem bonum præbens. Multos ſe Iulianus Impator nouiſſe aſſerit in maximis periculis Eſculapio adiutos, & ſe ipſum ęgre laborãtem ſępe medelis eius ſaluũ euaſiſſe fatetur, ad hoc teſtem citans Iouem. Sed qd hæc ad uniuerſum mun

dum,reſpõdit Marranus,cuius Meſſiha p̃dicatur Saluator,nec corporũ modo ſed animorum. Et Philolaus ad id. Tu uero Marrane quid de Hercule? nonne morum formator & oĩs ingenuæ diſciplinæ in cunctis orbis terrarũ locis p̃ceptor fuit. Inde illa imago Herculis apud Celtas puetuſta qdem & uero ſimilis,ubi ſenex ipſe hoĩes innumerabiles ſingulos cathenulis aureis colla reuinctos a lingua pendentibus trahit q̃ uult cunq;. Celtæ uernaculo ſermone Ogmion noĩant. A Luciano fit eius memoria in alloquio de Hercule Celtico,ſup q̃ illi dicunt. ἡμεῖς τὸν ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα ἐξεργάζεσθαι, σοφὸν γενόμενον .i. Nos Herculẽ uerbo & ratione omnia opinamur effeciſſe cum ſapiẽs fuerit. Nam uirtute domare uitia,& ignorantiam auferre doctrina,nihil aliud eſt q̃ calcare monſtra,& angues necare,leonem Nemeæũ claua percutere,hydrã lernæam interimere,aprum erymanthium occidere,ceruã in Menalio nemore aurea cornua gerentẽ capere,ſtymphalidas aues in nube ſagittis cõfodere, Antæum intra ulnas ſtrangulare,columnas in Oceano figere,Geryonem tricipitem uincere, boues abigere,taurũ perimere, Acheloum Monomachia ſuperare,omitto & Diomedis equos,& cerberum & aurea heſperidum mala,idq; gen⁹ facinorum cætera quamplurima,totum uirtutis fuit,totum rectæ inſtitutionis officium & bene uiuendi exemplum. Tum Marranus, Dicerem, inquit,aliorum de illo exiſtimationem,niſi tu prius eiuſcemodi tuliſſes ęgre, breuiq; oſtenderem fuiſſe hominem,ut nos ſumus,uel paulo indigniorẽ, licet Prœti Agenoriſque proſapia nobilem. Siquidem ex Agenore Prœtus erat, Agenoris autem Belus frater, quo natus eſt ægyptus,quo Lynceus, quo Abas, quo Danae, cuius fuit Perſeus, cuius Alcæus, cuius Amphytrio,cui⁹ ut putabat̃ Hercules, quẽ tñ reuera Iouis aiũt id eſt adulteri cuiuſdã fuiſſe filiũ. Nã ex Alcmena Iphiclus Amphytroni & Hercules Ioui uno partu,ſi famæ credit̃,editi ſunt in luc̃. Hercules uero incenſus igni ſacro periit,qm̃ Deianirę uxoris attẽtatã pudicitiã in Neſſum Cẽtaurꝫ iaculo uindicauit,quã ipſe in Iole captiua puella nõ exhibuit,perq̃ inique ſuſpicionẽ adulterii ſolã ult⁹,q ex adulterio cõcept⁹ adulteriũ pariter ip̃e cõmiſit,in cęteros neſcio q̃iuſt⁹,in ſe ip̃m certe ĩiuſtiſſim⁹. Tu ne talẽ mũdi ſaluatorẽ fore credas Philolae, q̃lis fuit Hercules aut q̃lis Eſculapi⁹ ſi nõ aliã ob rẽ uel ob id ſaltẽ ꝙ uterq; turpi nota deceſſerit,nã ut de ambob⁹ apud Lucianũ in eccleſia deorũ Momus ait ἔτι τὰ σημεῖα ἔχουσι τοῦ πυρὸς .i. adhuc ſigna tenẽt ignis, ꝙ exuſti ambo ſũt. Curtiũ & Decios magnanimitatis laudãt alii, ego imprudẽtię accuſo. Quid ꝙ aliq blãditiis & adulatiõib⁹ ducti, aut ui a tyrannis coacti eũ ſaluatoris nomine ornarunt, qui non modo illos non ſanauit,nec ſeruauit, ſed prorſus deuaſtauit ac perdidit,ũt Siculi Verrẽ publica ſtatua in Syracuſis inſcripſerunt σωτῆρα id eſt qui ſalutem dedit. Ciceronis teſtimonio in accuſatione quarta Verrinarum. Sed ni-

hil ad hunc locum, ubi de uera hominum ſalute agitur, quam illi non pſti
terunt, uera nancß ſalus eſt, ſempiterna permanentia q̃ in deo eſt, & a deo
tribuitur, ut in libro de mundo ad Alexãdrum ſcripſit Ariſtoteles. Ex deo
inquit & per deum nobis oĩa conſiſtunt, nullacß natura per ſe ſufficiẽs eſt
carens illa quæ ex eo eſt ſalute. Dein adiungit, τῆ γε οὐσία, σωτὴρ μὲν γὰρ ὄντως
ἁπάντων ἐστὶν .i. Ipſa quidẽ eſſentia, ſaluator etẽm enter ſeu eſſentialiter uni-
uerſorũ eſt deus. Vnde in libro xiiii. poſt naturalia rurſum ſic ait Ariſtot.
θαυμαστὸν δ' εἰ τῷ πρώτῳ καὶ ἀϊδίῳ καὶ αὐτορκεστάτῳ τοῦτ' αὐτὸ τὸ πρῶτον οὐχ ὡς ἀγα
θὸν ὑπάρχει τὸ αὐταρκὲς καὶ ἡ σωτηρία, .i. Mirum ſi primo & ſempiterno &
ſibiſufficientiſſimo hoc idem primum non ut bonum ineſt, ipſum ſuffici-
ens & ipſa ſalus, per q̃d monemur, ueram nobis ſalutem in primo ſempi-
terno & ſufficientiſſimo bono q eſt deus optimus maximus conſtare, nec
aliunde quærendam, Solus em̃ ille ſummus mũdi opifex & rector de ſup
eminentis liberalitatis clementiſſima uoluntate corruptibilibus dare põt
incorruptionẽ, & tẽpori ſubiectis ęternitatẽ, & inſolubilẽ tranſitoriis pma
nẽtiam, q̃rũ tñ propria natura eſt ut orta occidant & aucta ſeneſcant, Sic
em̃ in Timæo Platõis loq̃t deus. Quæ a me facta, indiſſolubilia ſunt, me
uolente, alioqui ligatũ q̃dẽ omne, diſſolubile eſt, Ecce nõ tm̃ peripateticis
ſed etiam Platone ipſo & Platonicis teſtatũ recipimus ſola dei uoluntate
pmanentiam concedi rebus quibuſlibet pro captu ſuo, & hęc eſt uera ſal⁹,
Nam ſaluari dicimus, a læſione ſeruari ut res tranquille pmaneant. Quod
unanimi conſenſu Græcorũ q̃ndam magnifici & ornatiſſimi legati anno
a natiuitate IESV, M. CCCC. XXXVIII. uniuerſali concilio Baſilienſi
illuſtri quadam & diſertiſſima oratione expoſuerunt his uerbis dicentes.
τὸ γὰρ σωθῆναι καὶ σώζεσθαι καὶ ἡ σωτηρία ἁπλῶς οὐδὲν ἄλλο παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ τῇ
ἡμετέρα βούλεται γλώττῃ, ἢ τὸ διαμένειν καὶ εἶναι .i. Ipſum aũt ſaluare & ſaluari &
ipſa ſalus ſimpliciter nihil aliud apud Græcos & in noſtra uult lingua q̃
pmanere & eſſe. Homines igitur q de ſui natura morti ſunt obnoxii ut ceſ
ſent eſſe, cum ita ſe dei conformant uoluntati, ut futuri ſint immortales, &
beato æuo fruantur, recte dicuntur ſalutem conſequuti, & qui eis illã lar-
gitur immortalitatis beatitudinem, is recte dicitur ſaluator, quod uocabu
lum uſu cepit Ciceronis poſteritas antea inauditum ut nũc Saluator latine
dici queat. Sane omnis alia improprie ac imaginarie nominatur ſalus, q̃d
enim? q̃ animanti bruto medicus hodie confert ſanitatem, & illud peren
die relabitur in peſtem, moriturcß nunquam rediturum, num ea uocabit̃
ſalus? Quid illud q̃ flori marceſcẽti hortulanus opitulatur, q flos poſtri
die caſurus ſit, & in puluerem conterendus num hæc tridua conſeruatio
rei prorſus inconſtantis ſalus nominanda eſt? Sic Hercules Thaſſios ſe-
mel adiuuit, quo ſalutẽ illis dediſſe dicitur, qui poſt ſępe interierũt, & ho-
die nihil eorum niſi nomen extat. Sic Ptolemæus ægyptum ſeruauit, tot

poſtea bellis & incurſionibus hoſtium deuaſtatam. Sic Decii Romam liberauerunt, attamen ſequenti ſubuerſione atq; incendio dirutam. Imperfecta (crede mihi) ſalus eſt omnis quæ tempore frangitur, perfecta eſt quæ caducum æternat, ut de Helena morte ſublata in Euripidis Oreſte Apollo docuit cum ſic ait. ἣ δ᾽ ἔστιν, ἣν ὁρᾶτ᾽ ἐν αἰθέρος πτυχαῖς σεσωσμένη τε, κ᾽ οὐ θανοῦσα πρὸς σέθεν. ἐγώνιν ἐξέσωσα. Id eſt. Iſta eſt quam cernitis in ætheris conuexitatibus. ſaluata quidem. & non mortua iuxta te. ego eam ſaluaui. Vtq; non ſimus ignari ſalutem illam non ab Apolline, nec a diis aliis niſi tanquam mediatoribus prodiiſſe, quin uerius a ſummo deo cui propriam ipſa ſe in ſigni uirtute dicauit, tum ita ſubiungit, Ζηνὸς γὰρ οὖσαν, ζῆν νιν ἄφθιτον χρεών. Id eſt, Iouis enim exiſtentem, uiuere eam incorruptibilem decebat. Per Caſtorem Helenæ fratrem, Marrane uera prædicas, inquit Philolaus, & ſapienter uideris de uera ſalute locutus, aſſentiorq; Saluatorem de quo tam magnifice ac tam perpetuo ſacra uaticinatur eloquia, eum fore oportere, qui non tam huius grandis mundi, non regionum & urbium, non inſimorum elementorum & ſyderum, non lignorum & lapidum, non plantarum & arborum, non piſcium, non uolucrum, non pecorum, quæ oĩa naturam ducem & ſuæ conditionis inſtinctum inerranter & probe ſequuntur, & ad conſtitutum ſibi finem manent quod ſunt, q̃ iſtius minoris mundi ſeruator & reſtaurator ſit, hoc eſt hominis, qui ab æquitatis ſibi tradita norma & rectæ rationis ſententia ſæpe decidens generoſitatem ſuam coaceruatione uitiorum in ſtagna profunda malorum & ſempiternæ corruptionis barathrum uoluntarie præcipitat, unde reuocare gradum propriis uiribus & ſua ope nequeat. Hic Marrane hic inquam ſalute nobis hic ſaluatore opus eſt. Hoc genus creaturarũ appellat Pythagoras ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ᾽ ἔχοντας. Id eſt. Homines ſpontanea electione detrimenta habentes. De quibus ita ſcripſit in aureis carminibus. τλήμονες οἵτ᾽ ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὐκ᾽ ἐσορῶσιν, οὔτε κλύουσι, λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασιν τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας, οἱ δὲ κυλίνδροις ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ᾽ ἔχοντες. Id eſt. Miſeri, hi quidem bona prope exiſtentia non aſpiciunt neque audiunt, ſolutionemq; malorum, pauci intellligunt, talis ſors mortalium lædit mentes, hi autem rotis ex aliis in alia feruntur infinita damna hñtes. Sane noſter ipſe philoſophorum princeps hoc nimirum a Cabaliſtis Hebræis ſumptum ut è Simone accipere poſſumus, ſenſit rationalem eſſe hominem rebus aliis nobiliorem utputa diuiniorem, non tantum una operatione nec uniformi effectu contentum ut cætera quæ ſola natura trahuntur ſemper eodem modo agente, ſed uariis dotibus inſtar pandoræ præditum, quibus ſponte utatur in omnem euentum pro libera uoluntate, ob quam libertatem ait. θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα. Id eſt. Diuinum genus eſt hominibus quibus ſacra

promouens natura oſtendit ſingula, quippe illa ſacra natura eſt anima intellectiua, ſecundum igitur intellectum deo accedit homo ut mero ſyncerum, atq; ſecundum ſenſus inferiores a deo recedit tanquam impurum a puro, quo fit ut ratio quae nobis, ut inquit ipſe, oſtendit ſingula, dum ſe ad mentis fruitionem conuertit beatos nos faciat. contra uero dum ad ſenſuum diſcurrit libidinem, miſeros, ut inter uirtutem & uitium medius homo poſitus uideatur, uelut ſubſtitutus apex in litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni, ad quem Hercules ille Prodicius tenera tum ætate cogitabundus reſedit. Quemadmodum uero ut Solon apud Herodotum Crœſo affirmauit, ante obitum nemo ſupremaq; funera debet dici beatus, ita nemo certe miſer putandus eſt dum hanc uitam uiuit. Sed ſcilicet ultima ſemp expectanda dies homini eſt, q ſi abiecto corpe tūc uitiis permanſerit oneratus, incipiat eſſe uere miſer, & eam miſeriam ut ſupiore oratione accepiſti Pythagoras in duo genera diuidebat. Nā poſt mortem miſeri, aut bona prope habēt quæ ſunt beatitudinis dona, q̄uis ea nec aſpiciant nec audiant, quia dei uiſione nondum fruantur, hi de ſaluandorꝝ numero ſunt, non extrema miſeria grauati, ut tandem aliqñ pœnas euadant conſtitutas, aut deniq; ab eis bona longiſſime diſtant, ut mala nunq; ullum habitura ſint finē, & ii appellant̄ infinita damna habentes. Duo igit̄ inferorum habitacula hic deſcribunt̄, Elyſius campus.i. tranſitorius, illorū q̄bus bona prope ſunt, ſupera ut conuexa reuiſant. Et tartarus ab horribili ſono tartar quaſi tortor teter terror uocatus, illorū q̄bus ſua damna ſunt infinita, qui kylindris radiiſq; rotarum diſtricti pēdent, ubi ſedet æternū q; ſedebit infœlix Theſeus, & ei ſimiles. ὅθεν οὔποτε ἐκβαίνουσιν ut eſt a Platone Pythagoram imitāte ſcriptum.i. Vnde nunq̄ egrediunt̄. Hic mihi accedant obiurgatores q blacterare in eundē Pythagorā non deſinūt tantū & tam p̄cipuum uirum, cuius dictamini ceu oraculo deorum creditū eſt. Quare dictator ueritatis uelut alter Apollo illi ſeculo noīabatur, q̄d ip̄m uocabulum Pythagoras deſignat. Rumorem aūt de illo paſſim diuulgāt, hanc eius fuiſſe opinionem ꝙ aīa humana q̄rūdam poſt mortem corpa brutorum informet, q̄d uiris rōne utētibus incredibile uideri debet, de tā excellenti philoſophiæ autore & abundantiſſimo ſcientiarum fonte unde ad nos emanauit diuinarum & humanarū rerum cognitio. Quin potiꝰ ea ſuſpicio trāſanimationis ex hoībus Pythagoricorum myſteriorū partim ignaris partim ob inuidiā peroſis orta eſt. Nō eīm caruit æmulorū liuore p̄ſtantiſſima eius uiri uirtus, innocētiſſima uita, egregia doctrina, celebris fama, utq; fit, nihil non pollutum reliquerūt inuidi carptores, Timon, Xenophanes, Cratinus, Ariſtophon, Hermippus, & alii q̄rum nō exigua multitudo eſt, q de Pythagora ſuis in libris mendacia plurima ſcripſerunt, ac ea prodiderunt q̄ nuſq; ab illo uel dicta uel ſcripta fuere, aut eiuſcemodi

ſi qua dixiſſet,tñ ita in peiorem ea ſenſum peruerterunt ut facile crederet̃ talis ac tantus uir inconſyderate docendo aberraſſe,de rerũ principiis,de numeris,de faba nõ guſtãda,de abſtinẽdo ab aĩatorũ eſu,de inferis,deq; metẽpſychoſi & tranſitu aĩarum,de q̃ nũc tractamus.Qui eñ exemplaria & ſpecies rerum ita diſtinxit,ut mutuo tranſmutari confundi ue neq̃ant, q̊ nam modo humanã eſſentiam q̃ ſua eſt forma comunicaret bruto: cũ & autore ſe ipſo ne unitas qdem ſubſtantiua certi numeri ſecundum natu ram eſt unitas alterius numeri.Quare ait αἱ δὲ μονάδες ἐν τῇ δυάδι αὐτῇ, πρὸς τὰς ἐν τριάδι αὐτῇ ἀσύμβλητοι.i.Vnitates in duitate ipſa,ad eas q̃ ſunt in ternita te ipſa,ſunt inconiectiles.Ita in phyſicis conſtat quanq̃ longe ſecus agitur in Mathematicis,de qbus nihil in p̃ſentia nobis eſt negocii.Vnum autem cuiuſq; rei eſt eſſentia participata,q̃ alterius rei eſſentiam non occupabit, ἑκάστη μὲν οὐσία ἑνὸς εἴδους μετέχει.i.quęlibet eñ ſubſtãtia una ſpecie participat. Ideo in diſparis animantis uitã tranſire nõ põt,uel ulla qualiſcũq; beſtia, quin potius manet in ſuæ lege naturę ſuum tenẽs munus ὥστε τὸ εἶδος εἴδει οὐ συνέρχεται.i.Itaq; ſpecies ſpeciei non coincedit.Tametſi nanq; unũ ſigillũ multis impreſſum plures ceras effigiat,nõ tñ plurium ſigillorum formas diuerſas eadem cera ferre poterit.Haud igitur ſigillum formæ humanę q̃ eſt imago dei,naturam inferiorem ſigillare p̱mittitur,q̊d ut oĩa ſua Pytha goras ęnigmatice propoſuit,ſic & huius opinionis certam ſententiam no ta propria deſignauit,cũ ĩter alia ſymbola iſtud ſibi gratiſſimũ celebraret ἐν δακτυλίῳ θεοῦ εἰκόνα μὴ περιφέρειν.i.In ſigillo,dei imaginem non circũferre, q̊d meo arbitratu recte intelligit̃ ad hũc ferme modum.Imaginẽ dei q̃ eſt anima hoĩs naturas alias circum circa non ſigillare neq; formare poſſe.Sic eñ Hermes Triſmegiſtus ægyptiorũ doctor in libro ad Aſclepiũ. Hoĩs inquit una pars ſimplex eſt quã uocamus diuinæ ſimilitudinis formam,& paulo inferius ita,duæ ſunt imagines dei,mundus ſcilicet & homo.Q; ini que igit̃ explanauerint eum uel inuidi uel ignari,de tranſitu aĩarum poſt mortem,ſimul etiam de illarum deſcenſu ante hoĩs gñationem,profecto nullus modo extat q non id mecũ ſentiat uel ulla mente p̃ditus.Qñ nanq; multi aĩam hoĩs de potentia materiæ putabant educi,ſtatuit noſter ipſe magis credendum eſſe,infundi eam corpori ab ipſo deo,& ob id eam aſſe ruit ante corpus eſſe,q̊d non tp̃e intelligendum eſt,ſed puritate & naturę dignitate.Hanc itaq; infuſionem appellauit aĩæ deſcenſum,quem poſtea multis ambagibus uarie ſectatores tractauerunt ſua quiſq; uia,non ſemp̱ pro autoris uoluntate,q deſcẽſum aĩæ humanæ in corpus non ſecundum ſitum accipi p̃cepit,neciuxta motum a mundo intellectuali per ſingulas ſphæras ad mundũ elementarem ut Proclus & aſtipulatores alii,ſed pro naturaliũ formarum ſerie in qua corpis humani ultima p̱fectio eſt aĩa rati onalis,q̃ ita totum perficit ut homo aĩal diuinum optimo iure appelletur.

Voluit

Voluit igitur Pythagoras animãtia ſola q̃rum ſacra natura id eſt ratio de
monſtrat ſingula, diuinum eſſe genus, ſcilicet a deo propagatum ut aureis
edidit carminibus, cuius ſpecies nec mutet̃ nec conuertat̃, ſic generum ſin
gulorum formas eſſe ꝑmanentes, licet in eadem ſua forma diſſimiles. Poſt
hoīs uero mortem ſi iuſtus deceſſerit aīam eius tranſcẽdere purum æthe
ra, & æuum degere cum beatis, tanquam deum cum diis. Ita enim ait,
ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην, ἢν δ᾽ ἀπολείψας σῶμα, ἐς αἰθέρ᾽ ἐλεύθερον ἔλ
θῃς, ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός .i. Aurigam iudicium ſtatuens
ſuꝑne optimum, cum relinquens corpus in ætherem liberum uenies, eris
īmortalis deus, incorruptibilis, nec ultra mortalis. Sin aūt iniuſtus & ſcele
roſus in peccatis inſanabilibus & mortalibus deceſſerit hō, tunc aīam eius
oēm ſuū reatū uariis diluere pœnis docuit, eaſq; pœnas pro magnitudīe
ac multitudine criminū magis atq; minus fore duras & durabiles, qb9 de-
legata ſint loca hæc naturę inferiora, & corpa tū imaginaria ſeu figuralia;
tū qnq; uera, non q̃ informet ut eſſentialis portio, ſed q̃ inquilini more,
pœnarum ſuſtinendarū cauſa inhabitet, aut qbus per indiſtantiam localẽ
aſſiſtat, uelut motrix intrinſeca mobili, uel circa quæ cruciatibus ſubiecta
torqueat̃, ut Tityus circa uultures, & Ixion ad ſerpentum rotas, & Tan-
tal9 in flumine, & Siſyphus apud ſaxū, & Prometheus cum aqlis. Q̃nq dẽ
dæmon tartareus poteſt corripe ac obſidere corpus, cur nō aīa turpis ad
inferorum pœnas damnata, uel uerum cuiuſcunq; ſpeciei corpus ingrede
retur dei diſpenſatione, uel aerem induta, oſtentaret quamlibet aſpectib9
noſtris formam, ut Dido moritura æneam alloqtur. Sequar atris ignibus
ardens. Et Plinius iunior rem ſcribit creditam, de domo quā Athenodor9
Tarſenſis philoſophus coemerat, eam fuiſſe importuno ſtrepitu infamẽ,
ꝗ ibi ſimulacrū horridi ſenis aſpiciebat̃, & qtidie noſtra q̃q; ętate ſimilia
occurrunt terriculamenta, modo tenuioribus, modo craſſioribus exuuiis
Tum uarię illudunt ſpecies atq; ora ferarum, fiet ē̄m ſubito ſus horridus
atraq; tigris, ſquamoſuſq; draco & fulua ceruice leęna, aut acrem flammę
ſonitum dabit, oīa tranſformat ſeſe in miracula rerum, ignẽq; horribileq;
feram, fluuiūq; liquentem. Hæc ſane corpa uocamus phantaſtica, hoc eſt,
apparitiua, q̃ aſſumere poſſint tam animæ hoīm ſolutę q̃ dæmones, ut de
Lamia nouimus Menippi Licii philoſophi procace proca in pulchrã mu
lierem apud Corinthum cōuerſa, quā Apollonius Tyanneus publice de
prehendit lemurem eſſe, ut deniq; ſenex ille pannoſus & mendicus Ephe
ſiis q̃ndam cauſa peſtilitatis, hoc genere metamorphoſeos notatur, quem
lapidibus obrutū aiūt uiſum eſſe canem quaſi Moloſſum. De utriſq; ſcri
pſit Philoſtratus ſecundus, in libro de uita Apollonii quarto. Eius aūt q̊d
Pythagoras dixiſſe fert̃, ſe q̃ndam Euphorbum fuiſſe alia ratio eſt, nō ē̄m
talem dicendi morem ipſe primus inſtituit, ſed longe prius in populari cō

ſuetudine apud uetuſtiſſimos uſurpatum fuit, ꝗ qua eſſet quiſq; uirtute aut uitio prædıtus, alteri aſſimilaret, q eminenter eadem conditione olim fuiſſet, uirum eñ quē libuiſſet robore pſtātiſſimū dixerunt eſſe Herculē. Ita M. Varro. Ruſticellus, inqt Hercules appellat⁹ mulū ſuum tollebat. Et Numenius Pythagoricus apte ſcribit nihil aliud eſſe Platonē q̄ Moyſen attica lingua loquentē. Sæpe q̄q; Cicero dictus eſt latinus Demoſthenes eſſe, oēs a uirtutum & opum paritate ac ſimilitudine morum, non aūt ob unius ſubſtantiæ comunionē, ita Litanus Plauti ſeruus Argyrippū dixit eſſe Solonē q pariter leges conſcribat, de illo in Aſinaria ſic ait. Nūc etem̄ eſt negocioſus interdius, uidelicet Solon eſt, leges ut cōſcribat. Iſta Plauti uerba inolitam priſcorū loquendi conſuetudinē indicāt, ut hunc hoīem, dixerint illum eſſe quendam, qui fuerit natura, ingenio, moribus, amore, affectione, & opere ſimilior. Vnde Romani ſolebant huic adagio particulam, alter, adiungere, ut tu es alter ego, & ego ſum alter tu, licet ſcientes & uidentes ꝗ reuera nec ego ſū tu, nec tu es ego. Sed in utriſq; nobis ſentiētes eſſe idē ingeniū, par ſtudiū, eandem uolūtatem, eundē conatum, ſpiritum, animum οὐ τῆς οὐσίας αὐτῶν μεταβαλλομένης. Nam aīos antiq dixerunt motus hoīm & uoluntates, quare unius moris curæ ac diligentiæ, cōſimilis propoſiti, æqualis motiui ac paris motus & ſenſus eiuſdem hoīes uſitate appellāt unanimes. Eſt aūt a priſcis philoſophis haud quaq̄ alienum ut dicat aīa eſſe motiuū & ſēſitiuū in hoīe τὸ ἔμψυχον τοῦ ἀψύχου inqt Ariſtot. δυοῖν μάλιστα διαφέρειν δοκεῖ, κινήσει τε καὶ τῷ αἰσθάνεσθαι. i. Animatum eñ ab inanimato duobus maxime differre uidetur, motu & ſenſu. Quicunq; igitur erga rem eandem afficiunt & mouent, idemq; ſape ac ſentire uident, uni⁹ eſſe ψυχῆς. i. animæ uulgo dicunt. Vnde illa famoſa μετεμψύχωσις. i. tranſanimatio nihil aliud reuera eſt uiris recte doctis q̄ æqualis cura ſimilis motus & par ſtudium alicuius hoīs mortui, poſt aliq̄ tpe, in altero uel eodem reptum hoīe uiuo. Tali æmulatione triti & uſitati ſermonis, Pythagoras q̊ndam rediens a Perſarum Magis (ita eñ ſapiētes illi ſuos noīant) forte inter amicos exhilarādi conuiuii gratia more Magorum uti poterat, & dicere ſe Euphorbi olim militis Troiani, Calliclis, Hermotimi, Pyrrhi, Pyrandri, Calidonæ, Alces, & demum ſuā Pythagoræ aīam in ſe ipſo continere, ꝗ inclinatam ad quædam pclara in ſingulis illorum pcipue ſita gereret affectionem, ſtudium & uoluntatē, ad q̄ illi ipſi propenſius in uita eorum fuerunt moti. Oīm aūt maxime cū in Euphorbo Troiano claruiſſet bellica uirtus, ipſe Euphorbi aīam nactus eſſet quaſi iam cor Euphorbi haberet. De q̄ nimirum ſe iactare potuit, cum laudarent eum pugiles ſtudii bellici, cernentes laterum & brachiorum totiuſq; corpis ſui robur & incredibilem erga fortiſſimos Athletas amorem penſantes, quem illis tum & pcioſo apparatu & magnifico ſumptu oſtēdebat, ante eñ caricis ſiccis

& molli

& molli caſeo triticoqꝫ nutriebant̃ athletæ,ipſe uero noſter eos carnibus
tunc primus nutriiſſe comptus eſt.Admirantibus igitur illis ꝙ in philoſo
pho literarum ſtudioſo eſſe poſſet tantus amor pugnæ, ꝗd mirum ſi re-
ſponderit Euphorbi aĩam in ſe uigere,hoc eſt,ingenium,ſtudium,motũ,
& uolũtatem Euphorbi apud ſe reſidere, ꝗ tametſi eſſet pacis ꝓceptor &
quietæ contemplationis autor,tñ in ſe ipſo ſentiret belli tanq̃ Troiani de
ſyderium.Quo audito,mox rumor inter temere credulos ortus erat & fa
ma percrebruit,uel ignorantia myſteriorum Pythagoricorũ,uel maligni
tate inuidorum ꝗ ſemper optima quęqꝫ ꝑuertunt & recitant audita ſecus
multo q̃ ſint dicta,ꝙ Euphorbi aĩa in bello Troiano perempti trãſmigra
uerit in Pythagorã. Quæ opinio poſtea fuit adiuta ſcriptoribus atqꝫ poe
tis.Inde Ouidius in Transfigurationis lib.xv. hæc inter alias nugas a græ
cis Cretizin aſuetis more ſuo mutuatus ſic de Pythagora cecinit. Morte
carent animę ſempqꝫ priore relicta ſede,nouis domibus uiuunt habitãtqꝫ
receptæ. Ipſe ego (nam memini) Troiani tpe belli Panthoides Euphor-
bus eram,cui pectore q̃ndam hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atri
dæ.Cognoui clypeum læuę geſtamina noſtræ nuꝑ Abanteis templo Iu
nonis in Argis.At noli obſtupeſcere p̃ſtans Marrane,nihil horum in Py
thagoræ libris ſcriptum inuenies.Nam tria ipſe ſolum edidit uolumina ,
primum παιδευτικὸν.ſecundum πολιτικὸν. tertium φυσικὸν. quem Lyſidi ꝗdam
aſcribunt,ſit igitur tertium nobis aurea carmina.Percurre ſingula quæqꝫ
& nuſq̃ reperies in eo uiro de tranſanimatione quicq̃,q̊ credas facilius ru
more falſo ſeminatum eſſe ꝑ inuidos quicꝗd de illa μετεμψυχώσει fingitur,
q̊d diuerſitas narratiõis plane indicat,cũ alii clypeum hunc eſſe in tẽplum
Iunonis relatum apud Argos.Alii dicatum Palladi Athenis affirment,&
ꝙ eius clypei hæc ipſa fuerat inſcriptio. πάλλαδι ἀθηνᾷ, μενέλεως ἀπ' εὐφόρβου.
.i.Palladi Mineruæ Menelaus ab Euphorbo,autor eſt Tyrius Maximus
diſputatione xvi. Quantam nũc eiuſcemodi teſtimonio habere fidẽ opor
teat Iuriſconſulti uiderint. Eqdem adduci non poſſum ut credam Ouidii
de tranſitu aĩarum fabulam,tam excellentem in omni ſcientia & grauẽ ui
rum docuiſſe,atqꝫ eo minus credendum putauerim quo magis p̃ſtantes
autores aliter tradidere.Nam ꝙ aſſerunt multi,apud græcos Pythagorã
inueniſſe primum aĩas eſſe immortales,manifeſte falſum dicunt.Homerꝰ
em̃ græcorum ferè antiqſſimus lõge prior hoc dogma prodidit,cui apud
inferos aĩæ defunctorum de multis rebus differunt, & uaticinant̃ multa,
ecꝗd aliud (oro te) uiri eius tã admirabile carmẽ inſinuat δι' ὅλης τῆς νεκύας
q̃ animas noſtras poſt mortem ꝑmanere. Deinde in ſociis Vlyſſis palam
oſtendit,imprudentes hoĩm aĩas a corpore ſeparatas,non quidem beſtia
rum naturas,ſed tm̃ habitus brutorum induere,atqꝫ cũ tali horrore pœ-
nas luere,quas Circe iuſſerit. Quicũqꝫ aũt radicẽ & florem tenent Moly

eorum animas ,autore Mercurio ,fore ſecuras,ut eſt in Odyſſeæ decimo
libro.Sed ad illã de Euphorbo ironiam reuertamus,de q̃ idonei q̃tiẽs ſcri
bunt oĩa Pythagoræ diuina dogmata fatentur αἰνίττεσθαι hoc eſt allegoria
obſcuriore tradi. Quod Apollonius Tyanẽſis ille Pythagoreus tractatu
cum Theſpeſione archiphiloſopho gymnoſophiſtarum habito in Philo
ſtrati uolumine ſexto confirmat ita loquens. εἰ δ' αἰνιγμάτων ἅπτομαι, σοφία πυ
θαγόρου ξυγχωρεῖ ταῦτα, παρέδωκε γὰρ καὶ τὸ αἰνίττειν.i. Si ænigmata tango, ſapiẽ
tia Pythagoræ cõcedit hęc,tradidit em̃ & ænigmatizare.Qñ aũt cũ Indo
rũ Brachmanibus in libro eiuſdem tertio diſputabat,quęrens de aĩa quõ
ſentirent.Iarchas,inquit,ſicut Pythagoras q̄dem uobis, nos aũt ægyptiis
tradidimus.Suſcepit Apollonius.Num igit̃ te aliquem Troianorũ fuiſſe
dices? ut ſe Pythagoras Euphorbum.Audi iam Marrane q̃ Theſpeſion
cate reſponderit prius interrogãs,quemnam ex græcorũ ducto Troiam
exercitu,admiratiõe digniorem exiſtimaret.Cui Apollonius, ꝙ Achilles
primas Homero nactus eſſet.Tum Iarchas. πρὸς ταῦτα ἔφη ἀπολλώνιε καὶ τὸν
πρόγονον θεώρει τὸν ἐμὸν, μᾶλλον δὲ, τὸ πρόγονον σῶμα· τουτὶ γὰρ καὶ πυθαγόρας, εὔφορβον
ἡγεῖτο.i.Ad iſtum,inquit,Apolloni etiam progenitorẽ ęſtima meũ,magis
aũt progignens corpus,hoc em̃ & Pythagoras Euphorbum putauit.De
inde recitat Gangen Indorum olim regem Gangis fluuii filiũ multis uirtu
tibus Achillem ſupaſſe,illumq; ipſum fuiſſe illud progignens corpus,q̃d
ipſe iam eſſet. Verba hæc non aĩarum tranſmigrationem, ſed corporum
tranſmutationẽ indicant,inſtar cuiuſlibet materiæ q̃ ſit apta iſtius uel illi9
formam recipe.Perinde atq; comœdia diceret ego prius tragœdia fui,q̄a
ex eiſdem tragœdia naſcit̃ & comœdia literis ac elementis,ut Ariſtoteles
ait in libro de gñatione primo.Aut canis quidam ſi diceret,ego ante diu
equus fui,propter cuiuſdã equi corpus q̃d depaſtus eſt canis,q̃ alimento
in ſubſtantiam rei alitę conuerſo,equus ille plebeio ſermone dicatur ip̃ius
canis πρόγονον σῶμα.i. progignens corpus fuiſſe, uidelicet unde prognatus
ſit.Non aũt equi aĩam in canem tranſiiſſe,quiſpiam ex hoc ſermone arbi-
trabitur.Qua igitur re Pythagoram docuiſſe crederem aĩas trãſire in alia
corpa,eo ſolum,ꝙ ſe Euphorbum prius fuiſſe dixerit,cum hic manifeſte
conſtet atq; cõueniat non q̄dem aĩam,ſed ipſum corpus iudicatum fuiſſe
Euphorbum,& nihilominus hoc ipſius dictum non fuiſſe planũ,ſed merũ
ęnigma,q̃ arcanum q̃ddam illi ſeculo incognitum uoluerit innuere,ſcilicet
materiam primam oĩm formarum non ſolum capacẽ,ſed auaram etiã eſſe
ac ſemper deſyderio motam nulla forma ſatiari. Quod M.Antonino Im
patori philoſophiſſimo ęque uiſũ fuit,cũ in libro ad ſe ip̃m tertio ſcripſit.
ὅτι οὐδὲν οὕτως φιλεῖ ἡ τῶν ὅλων φύσις, ὡς τὸ τὰ πάντα μεταβάλλειν καὶ ποιεῖν νέα
ὅμοια· σπέρμα γὰρ τρόπον τινὰ πᾶν τὸ ὂν τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐσομένου.i. ꝙ nihil ita cupit
uniuerſi natura ut entia tranſmutare & facere noua ſimilia. Semen enim
modo

modo quodam omne,ipſum eſt ens ex ſe futuri.Et idem in libro ſeptimo. ἡ τῶν ὅλων φύσις, ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας ὡς κηροῦ νῦν μὲν ἱππάριον ἔπλασε, συγχέασα δὲ τοῦτο εἰς δένδρου φύσιν, συνεχρήσατο τῇ ὕλῃ αὐτοῦ. εἶτα εἰς ἀνθρωπάριον εἶτα εἰς ἄλλο τι .i. Vniuerſi natura ex uniuerſa eſſentia tanq̃ ceræ,nunc q̄dem equuleum fin xit.Confundens aūt id in arboris naturam,ſimul uſa eſt materia eius. De inde in homunculū tum in aliud quippiam. Vnde noīatur ab Orpheo na tura iſtis epithetis πολυμήχανος μήτηρ.i.multū machinatrix mater. Et ἀλλοτριο μορφοδίαιτος.i.alienarum figurarū decretrix.Quicquid fuerit,eq̄dem longe poti⁹ opinabor Pythagorā ſi Euphorbū,aut aliū quēpiā ſe fuiſſe dixerit, exēpli cauſa id ænigma introduxiſſe. Sin aūt credat̄ hiſtoriā texuiſſe,pro fecto non aliam ob rem feciſſe putandus eſt q̄ ut oſtenderet poſſe aīam ſeparatam a corpore rurſus eandē ipſam,autore deo,in idem ipſum corp⁹ redire q̄d penitus iam reliquit & deſeruit,atq̄ nō in aliud ullum,unū nāq̄ & idem fuiſſe corpus q̄tumcunq̄ diuerſis noībus appellatum,in q̄ totiēs reuixerit Pythagoras ab Iarcha Indorū ſapientiſſimo iam pridem diſcere potuimus,non in magnitudine & quantitate,ſed in ſubſtantia & entitate, ut mare quanq̄ eſt homogenes atq̄ unum,tñ hoc eſſe dicimus ægeum,il lud Ionium,iſtud Myrtoum,aliud Criſæum.Ita & unū hoīem ſepius rena tum primo noīarunt æthaliden,deinde Euphorbū,poſt Hermotimum, tum Pyrrhum,demū Pythagoram illum noſtrum q tot regenerationes tanq̄ philoſophus maxime ſpeculatiuus & diuinus non attribuit naturę ui ribus,ſed ſoli deo, quem,ut refert Heraclides Ponticus in hac Palingene ſia, Mercuriū nuncupauit, ut oſtenderet neminē reuiuiſcere niſi uirtute diuina. Nam ut Iuſtinus recitat ille philoſophus & martyr chriſtianus in parænetico ad græcos, hoc deus cognomēto a Pythagora eſt honoratus p̄cipue,ut dicatur ψύχωσις τῶν ὅλων .i.Animatio uniuerſorum,eo q̄ animā infundat hoībus uniuerſis & infuſam auferat & ablatam reſtituat q̄tiēs & q̄n uoluerit,quale ſepius etiam in aliis hoībus uiſum & expientia certa cō pertum eſt,referentibus nobiliſſimis ſcriptoribus. Nam Ariſteas q̄ndam Proconeſſi mortuus fuit in officina cuiuſdam fullonis. Deinde ſeptimo poſt anno,eius urbis ciuibus idem uiuus apparuit,& ip̄e tunc carmina de hyperboreis Arimaſpis compoſuit,cuius in quarto hiſtoriarū Herodot⁹ egregie meminit.Cæterū uixit & in Armenia Er,genere Pamphyl⁹,q cū occubuiſſet in p̄lio,ſublatis aliis decimo die cadauerib⁹ iam corruptis, in teger q̄dem incorrupto corpore repertus fuit,domumq̄ delat⁹ pro offi cio ſepulturæ,ubi duodecimo a morte die dum pyrę eſſet impoſitus,reſur rexit,& quæ interim uiderat,retulit.Hæc Plato ſcripſit de Repub.uolumi ne decimo.Huc etiā illud occurrit,q̄ legimus puellā Romæ mortuā,cum ſepulchro afferret̄ a Tyanenſi Apollonio uitæ reſtitutam,in quarto Phi loſtrati libro,& Alceſtis q̄q̄ narrat̄ ab Hercule reſuſcitata rurſum diu ui xiſſe. Tum Marran⁹ inquit.Q̄ꝫ prope accedis ad noſtra Philolae, nam ſi

coram aſtaret Simon recenſeret nobis de libris hebraicis ꝙ deus olim ab
ſtulit de ſpiritu qui erat in Moyſe & dedit ſeptuaginta uiris. Poſt aliqua
denuo tempora ſublato ex hominibus Elia ſpiritus eiuſdem ĩclinauit ſup
Eliſęum, & item filium Sunamitidis ipſe mortuũ reuiuiſcere fecit. Addo
nunc Samuelẽ mortuũ quem ſuſcitauit quædam mulier in Endor, q poſt
reſurrectionẽ ſuam cum Saule rege locutus eſt. Audi uero qd Ezechiel
uiderit ille propheta, cāpum .ſ. plenum aridis oſſibus mortuorũ, & acceſ
ſerunt oſſa ad oſſa, unumq̊dqꝫ ad iuncturã ſuam, & ecce ſup ea nerui &
carnes creuerunt, & extẽta eſt in eis cutis deſup, & ingreſſus eſt in ea ſpi
ritus & reuixerunt, ſteteruntqꝫ ſup pedes ſuos, Hæc in ſacris literis conti-
nẽtur hebræorum, multo plura uero in hiſtoriis Chriſtianorũ deſcripta
legunť. Eqdem pro me tibi hoc affirmare auſim, abſqꝫ parabola, ſine æni
gmate, & omni remota ironia, ꝙ uere & plane Ieſus Nazarenus fratrem
Marthę ſuſcitauit Lazarum noĩe quatriduo ante mortuũ. Adhuc cuiuſdã
etiam uiduæ filiũ extinctũ, uitæ reddidit. Et Iairi ſynagogæ principis filiã,
alioſqꝫ in ſancta ſcriptura commemoratos. Hunc ipſum q̊qꝫ Ieſum reſuſci
tauit deus, & in eius morte corpa multa eorum q uita defuncti erant ſur-
rexerunt, & exeuntes de monumentis uenerunt in ſanctam ciuitatem &
apparuerunt multis. Paulus deniqꝫ Tarſenſis Eutychum q caſu è uita mi-
grauerat, luci reſtituit uiuum. Martinus nondũ epũs, immo nõdum bapti
zatus, tres mortuos ſuſcitauit. Poſſem catalogũ proferre hoĩm ab interitu
ad uitam priſtinam reuocatorũ, niſi tu nõ ignorares chriſtianis nobis eſſe
creditu facile, animos hoĩm redire in corpa, q generalem oĩm corporum
humanorum reſurrectionẽ rurſus ad uiuendum futurã plane cõfitemur.
De qua pulchre diſertiſſimus Athenagoras athenieñ. phũs ꝓ chriſtianis
librum integrum περὶ ἀναστάσεως certe doctis auribus dignum cõpoſuit. Et
Turcis, Mauris, Agarenis, Mahometh in Alcoran ſic loqtur. Illis dicenti
bus, cum eritis oſſa, uel ad nihilũ redacti, qualiter efficiemini hoĩes noui?
Reſponde. Licet lapidei uel ferrei uel ſi qd eſt durius eſſetis, q uos prima
uice creauit, ad uitã denuo uos reſuſcitãdos reuocabit, hucuſqꝫ in Azoa-
ra xxvi. Et rurſus in xlv. ſic ait. Qui nos primo plaſmauit, ſecundo uiuifica
bit. Vnde Pythagorã tanto maiore uelim proſequamur ueneratione, q̃to
is propius q̃ cæteri græcorum philoſophi ferme in oĩbus aliis, non ſolũ in
hac cauſa, noſtrę acceſſit fidei. Ariſtoteles eñ uidemus q̃ nihil eorum cre
didit q̃ non uel manu tetigit, uel oculis cernere potuit, uel apprehẽdere ſyl
logiſmo. Propterea in fine tractatus de gñatione & corruptione, reditum
mortui hoĩs nullatenus admiſit, debili admodũ argumẽto uſus, & Alcmę
P oni magis q̃ ſuis p̃ceptoribus aſſenſus, contra tritum ſuo tp̃e prouerbium
κύκλον εἶν τὰ ἀνθρώπινα. Quem ſequuti ſunt alii qppe cohors philoſophã
tium, in hoc rep̃hendendi ꝙ ſe oĩa ſcire, alios omnia ignorare p̃ſumentes

Pythagoram

Pythagorã poſt reliq̃s irrident,& illud Luciani exclamant. τίς ὠνήσεται, τίς ὑπὲρ ἄνθρωπον εἶναι βούλεται, τίς εἰδέναι τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν, καὶ ἀναβιῶναι πάλιν .i.Quis emet Pythagoram,qs ſup hoĩem eſſe uult,quis ſcire uniuerſi harmoniam & reuiuiſcere denuo? Ita eum ridicule ſub haſta licitantur quaſi contemnendã iumẽtorũ mercem,aut uile mancipiũ.Illis ego multa noſſe libenter ꝑmittam,dũmodo patiant̃ & alios nõnihil didiciſſe. Id adeo nũc ſtomachũ ego commotus aduerſum eos q̃ ſolent antiq̃ſſimis p̃ceptorib⁹ & philoſophiæ principibus facile detrahere,prolixius q̃ oportuit excandui,ut ꝑnoſcas,me Pythagorã q̃q; tuum nõ ſecus amare q̃ par eſt,& calumniatores ſuos uehementer odiſſe,non hoĩes ſed monſtra hoĩum. Tum Philolaus.Quidam,inq̃t,ſunt q̃bus ignoſcendũ eſt ꝙ tam recondita & arcana myſteria neſciant,non em̃ oĩa poſſumus oẽs.Ideoq; redeundũ cum illis in gratiã erit ſi qua imprudentes infamauerint.Qui aũt in eo q̃nq; ſilentio exercitati,Pythagoreorũ togã candidã abiecerint,& cõtumelia cœperint eius doctrinæ maieſtatẽ lædere ac tanti philoſophi caput minuere, eos ego non ſolũ arrogantes uerũ etiam hoĩes impuriſſimos iudicauero, q̃rum ẽ numero Xenophanes eſt q̃ de illo in Elegia ſua luſiſſe ita ꝓhibet, ut cũ uidiſſet aliq̃n Pythagoras canẽ cędi,miſeratus dixerit.Sine hunc,eſt em̃ cari ſodalis aĩa quã eius ex uerbis agnoui.Sed ea q̃dem manifeſta Diogeni Laertio extat ſugillatio,ꝙq; item Plutoni apud inferos Pythagoræ diſcipuli conuiuant̃, q̃ & ipſe uiderit aĩam Heſiodi æneæ columnæ alligatam gementẽ & ſtridentẽ. Tum Homeri q̃q; aĩam de ligno pẽdentẽ,& ſerpentibus circundatã.Hæc & iſtis ſimilia ſycophantiarũ crimina diffamationes & calumniæ ſunt leuiſſimorũ ſophiſtarũ,q̃ contactu oĩa fœdant immundo & polluunt ore dapes & ueſtigia fœda relinquunt. Quod aũt de carniũ & aĩatorum oĩm eſu diuulgant,quẽ aſſerunt prohibuiſſe Pythagorã,fere nil me ꝑturbat,q̃m ſunt clariſſimi autores q̃ ea mẽdacia refellant, Q
ait em̃ Ariſtoxenus ille inſignis ſcriptor Pythagorã nõ abſtinuiſſe ab animatis ſed carnes comediſſe,q̃d Porphyri⁹ in lib.primo περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων probat,eo ꝙ athletas ab aliis caſeo ab aliis ante ficub⁹ nutritos,ipſe prior oĩbus cibo carniũ aluerit,dixeritq; carnes habere uirtutẽ ad acq̃rendum robur incredibilẽ,ita Porphyrius.Et Apollodorus arithmeticus teſtatur illum boues centũ ĩmolaſſe cũ repiſſet ὅτι τριγώνου ὀρθογωνίου ἡ τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτείνουσα ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις.i.q̃d trianguli orthogonii ſubiectũ latus tantundẽ ualeret q̃tũ quæ continerent.Fuit tñ modeſtiſſimæ uitæ,mediocris nutrimẽti,pauciſſimi potus,ut ſcripſit Lycõ Iaſeus de Pythagora.Vnde rarus fortaſſe carniũ ſibi uſus erat,ſepe em̃ ſolo tenui melle paſcebat̃, hæc oĩa Athenæus de cœnis doctorũ hoĩm lib.x. Atq; ob id ſi ſtudioſos literarũ ea q̃ grauis cibi forẽt diligẽter uitare cõmonuiſſet,ne cerebrũ ab incauto ſtomachi onere lederet̃,q̃ ualerẽt cõtẽplationi uehementius incũbere, q̃s hoc nõ laudi daret tã fido p̃ceptori? ut q̃ didiciſſet apud hebreos duri alimẽti eſſe in eorũ lege prohibita, q̃ itẽ apud Indos fugienda cogno

uiſſet ueluti piſces marinos ne ſtomacho q̃dẽ utiles nec deorũ oblatiõib⁹
acceptos (nemo em̃ unq̃ in ſacrificiis ĩmolatũ eſſe piſcẽ audiuit) q̃ deniq̃
apud ægyptios accepiſſet de faba, ꝙ nõ ſit mũdum legumẽ, ut in Euterpe
ſua notauit Herodotus, ea plane in pabulũ nõ ſumerẽt, tranq̃llitatẽ mẽtis
ꝑpetuo lr̃arum ſtudio quęrentes, q̃q̃ eiuſcemodi pia monita noluit tã exa
cte & ad unguẽ ueluti lęgẽ xii. tabularũ obſeruari. Nã & ipſe porculis mi
nuſculis & hedis tenerioribus uictitaſſe a Xenophilo et Ariſtoxeno q̃buſ
damq̃ aliis natu maioribus, ſuis ꝓpe coetaneis proditus eſt, quẽ & nullo
eſſe legumẽto ſæpi⁹ uſũ q̃ faba ut aluũ ſenſim leuigaret, in quarto noctiũ
atticarũ Aul. Gellii cõperies. At de fabis poſt ĩter cętera ſymbola explana
bit̃, nũc de numeris ueniãt tibi priora in mentẽ q̃ dixi & poſteriora q̃ di-
cturus ſum, ut agnoſcas q̃ impie turpes q̃dã philoſophię Sanniones pri-
matẽ philoſophorũ Pythagorã poſtica ſanna ſubſannãt, ꝙ numerũ docu
erit eſſe oĩbus rebus principiũ, q̃ cũ ſit q̃titas diſcreta uerius ſequat̃ res q̃
antecedat, quaſi proiectiles fuiſſe calculos intellexerit ipſe, a q̃bus oĩa ſint
orta. Quos miror pariter nõ ſine riſu, ꝙ cũ audierĩt crebro teſtãtib⁹ ſapiẽ
tiſſimis hoĩbus oẽm ferme philoſophiã Pythagoricã, & eã maxĩe q̃ de re-
bus diuinioribus extet, myſticã eſſe, ac ꝑ ænigmata propoſitã, nihilomin⁹
tñ hanc ſapiẽtiæ diuiniſſimã partẽ de numeris, imitãdo Tyrrhenorũ ſtul
titiã, plane ac citra oẽm metaphorã accipi iubeãt. Fuit aũt id priſcis & ue-
tuſtiſſimi æui ſapiẽtibus in more ꝑ arcanarũ literarũ allegorias & ſenſuũ
myſteria ſapiẽtiæ profundã inq̃ſitionẽ tradere. Sic oĩa ſunt antiq̃ſſimorũ
tã philoſophorũ q̃ poetarũ ænigmatibus pleniſſima, & propter rerũ ob
ſcuritatẽ & propter leuẽ uulgi cõtemptũ, πραγμάτων γὰρ ὑπ' ἀνθρωπίνης ἀσθε
νίας οὐκαθορωμένων σαφῶς, εὐσχημονέστερος ἑρμηνεὺς ὁ μῦθος. inq̃t Max. Tyrius in
diſputatione decima. i. Rerũ em̃ ab humana infirmitate nõ ꝑſpectarũ ma
nifeſte, aptior interpres eſt fabula, ea uero philoſophos recte decet q̃ ſub
pio figmẽtorũ uelamine honeſtis & tecta rebus & ueſtita noĩbus enũciat̃,
Macrobio autore, quã ego curioſiſſime ſcholaſticorũ ingenia in rerũ ad-
mirãdarũ notionẽ excitare ac introducere arbitror, minori em̃ diligentia
querit̃ q̊d añ fores p̄ſto eſt, q̃ q̊d lõge ſitũ in abyſſo ꝓfũdi recõdit̃, ita faci
litas app̄hẽdẽdi (exꝑto crede) diſcipulis ſtudiorũ negligẽtiã parit, & frigi
de petit̃ q̊d facillĩe obtinet̃. Euenit et q̃ñq̃ nos ulla uerborũ ꝓprietate res
abſtruſas effari nõ poſſe, q̃s lõgis ambagib⁹ & uarie cõpoſito ſermõe co
geremur enũciare, niſi fuiſſet cõmode reꝑtũ breui ęnigmate uti, Necnõ il
ludĩ rẽ eſt, nã aſſolẽt aduerſis caſtris belli duces q̃dã ſyntagmata edicere
q̃ teſſeras noĩant, ut ſuos q̃ſq̃ dux ĩternoſcere milites et ſe q̊q̃ ĩter ſe q̃ant.
quẽadmodũ ĩ bellọ Cęſaris Ven⁹ genitrix, & Syllæ Apollo Delphic⁹, &
Marii Lar de⁹, & Iephthę Siboleth. Ita nõ fuerit utiq̃ ĩdecorũ ſymbola do
ctrinæ peculiaria & arcana familiaribus tradere, ut q̃cunq̃ diſcipulorũ ea
magis uſurpaſſent, dilectiores fierẽt magiſtro, ĩterq̃ ſe plus cęteris dilige
rẽt. Vnde Pythagorei ſymbolis q̃buſdã arcanis ſibi quãdã indiſſolubilis

amoris & amicitiæ cathenam fabrefecerunt. Erat em̃ Pythagoras concili andæ amicitię in primis ſtudioſiſſimus, ac ſi quẽ didiciſſet ſymbolis ſuis co municaſſe, eum continuo ſocium amicumq; conſciſcebat, ſubſcriptore Laertio. Eoq; factũ eſt ut ardẽtius cuperent oẽs Pythagoricis ſymbolis, hoc eſt myſteriorum notis uti, tum ꝙ futuri eſſent p̃ceptori gratiores, tum ut cunctis apparerent nobiles eſſe Pythagorei. Quo motus apud Plutarchũ in octauo conuiualiũ Philinus, ex oĩbus conuiuis Syllæ Carthagineñſis ip̃e ſolus inter epulas ab animatis abſtinuit ut agnoſceretur eſſe Pythagore9 Quare is a Leucio patria Tyrrheno Moderati Pythagorici diſcipulo re p̃henſus fuit plus illius dogmatis ſeq̃ ſcriptum q̃ ſententiam, q̃d & in aliis Pythagoriſtis fuerat rep̃heñſiõe dignũ, q̃ ĩmodeſte affecti moribus ſepatis & ſingularibus, uel in ſociorum & amicorum cœnis panẽ non frangebãt ut cæteri, uel cerebella non edebant, uel ſurgentes ab epulis ſtragula con uoluebant, uel nudis pedibus ſacrificabant, uel locuturi, a ſole ſe auerte bant, uel relicta populari uia, p̃ diuerticula diſcedebant, uel cum ridentib9 nunq̃ aut parum ridebãt, uel a fabarum eſu prorſus abſtinebant, ſimiliaq; egregie uſurpabant magis ſupſtitione q̃ recta ratione ducti. Sola imitan tes ad corticem ſymbola, negligentes uoluntatẽ, ut talibus notis innoteſce rent, & uulgo Pythagorici eiuſdẽ ordinis uiderent̃. Sunt igit̃ eiuſcemodi ſymbola unius collegii ſigna. Cæterũ addamus etiã ꝙ diuinarũ & huma narꝝ rerũ ampliſſima ſpacia dimetiẽtibus nobis & innumera tractantibus memoriæ plurimum conferant ænigmatica ſymbola, hoc eſt notæ q̃ figũ tur animo, ut quotiens recordari libuerit, cito noſtris obtutibus offerant̃, ſymbolum ergo de rerum principiis cõmodiſſimũ erit, unum & duo, q̃d enim citius occurrit res ſingulas intuentibus q̃ unũ & duo, cum cauſas & originem uniuerſorum ſcrutari uolum9. Nam primo aſpectu cernit̃ ocu lis id q̃d eſt idẽ ipſum, & non eſt alterum. Ex q̃ ante oĩa mente concipimus ꝙ idem & alterum ſunt unũ & duo, Alcmeon aũt Crotoniates qui Pytha goræ uixit ætate, duo appellauit multa, q̃ dixit eſſe cõtrarietates tanq̃ litẽ forte Empedoclis, uaga tñ poſuit illa et ſine fine diuerſa ut album & nigrũ dulce & amarũ bonum & malum, paruum & magnum. Ariſtotele in pri mo poſt naturalia teſte. Pythagorici aũt diuerſa illa rerum inter ſe ultro ci troq; contrariarũ, quas Alcmæonii contrarietates appellarunt propter arithmeticę artis amorem in numerum coartarunt denariũ, celebrẽ illum & oĩa continentem, ut finitum & infinitum, impar & par, unum & multa, dextrum & ſiniſtrũ, maſculinũ & fœmininũ, quieſcens & motũ, rectum et curuũ, lucẽ & tenebras, bonũ & malũ, quadrũ & oblongũ. At hæc ita ſunt utralibet, ꝙ duo ſunt, iccirco diuerſa ſunt qm̃ duo ſũt. Nam ſi unũ eſſent, contraria non eſſent. In decẽ uero uniuerſa redegerunt, ꝙ iſte numerus oĩum eſt perfectiſſimus, quo cunctæ nationes & oẽs populi p̃ter Thra

cas cum græci tum barbari ſingulas res numerant non ſiſtentes citra, nec progredientes ultra, tanq̃ naturalibus calculis decẽ digitorũ. Sane illius ꝑfectionẽ oſtendit iſte ornatiſſimus mundus quẽ cernimus decẽ tm̃ ſphæris iuxta Pythagoreos moueri, tanto etiã reliqs eſt ꝑfectior q̃to plura numerandi genera continet, par, impar, quadratũ, cubum, longum, planũ, primum incompoſitũ, & primũ compoſitũ, q̃ nihil abſolutius ꝙ in decẽ proportionibus quatuor cubici numeri conſumant̃ qbus dicunt Pythagorici uniuerſa cõſtare. Archytas q̃q; nobilis Pythagoreus ille Tarantinus oẽ q̃d eſt, denario numero cõplectit̃, quẽ ſtagirita imitatus Ariſtoteles peripateticorũ gymnaſiarcha, decẽ genera entis noĩat decẽ categorias q̃ noĩe ſibi uolumen inſcribere placuit oſtẽdenti philoſophice, ut Euſtathius uoluit decem πράγματα .i. entia realia, ut Alexander Aphrodiſieus decẽ φωνὰς .i. uoces, ut Porphyrius decẽ νοήματα .i. intellectus ſiue cõceptus. Vel ut Iamblichus forte rectius decẽ uoces ſimplices, non ut uoces, ſed ut ſignificãtes res ipſas ſimplices medio decẽ cõceptuũ ſimpliciũ. Aſſentiunt̃ huic Alexãder ægeus, Ammonius Hermiæ, & Simplicius, inſignes ſapientiæ amatores q etiã gnauiter arbitrati ſunt in iſtis decẽ generaliſſimis entib⁹ duo q̃dã p̃cipua repiri poſſe in q̃ diuidant̃, tãetſi ab una eſſentia ortis, ueluti ſubſtãtiam & accidẽs, ſiue corporeũ & incorporeũ, ſeu materiale & immateriale, aut ſimplex & compoſitũ. Ita nanq; duo amat denarius ut ab uno progreſſus naſcat̃ ꝑ duo, & per duo redeat in unũ, Primus em̃ incompoſitus ternarius eſt ex uno & duobus nõ qdẽ cõpoſitus ſed cõſtans, q̃a unũ non hẽt poſitionẽ ſecũdũ Iãblichũ, nõ facit ergo cõpoſitionẽ, qñ uerborũ ſeq uolum⁹ ꝓprietatem. οὔτε γὰρ ἡ μονὰς μένουσα ἔτι μονὰς θέσιν προσλαμβάνει οὔτε ἡ στιγμὴ μένουσα στιγμὴ τὴν θέσιν ἀποβάλλει. ut inq̃t Simplici⁹ in cõmẽtariis ſuꝑ p̃dicamẽtũ q̃ti.i. Neq; em̃ unitas manẽs adhuc unitas poſitionẽ aſſumit neq; pũct⁹, manẽs pũct⁹ poſitionẽ abiicit. Ex q̊ differẽtiã cognoſcere poſſum⁹ q̃ diſtat unitas a pũcto. Cũq; nihil ſit añ unũ, recte dicim⁹ unũ eſſe primũ. Binari⁹ aũt nõ eſt cõpoſit⁹ ex numeris, eo ꝙ ex ſola unitate una & una coordinet̃, & ideo prim⁹ numer⁹ eſt, q̃a prima multitudo eſt, a nulloq; põt numero metiri, p̃terq̃ a ſola unitate oĩm numerorũ mẽſura cõi, ſemel em̃ duo, nihil aliud q̃ duo eſt, q̃obrẽ ea m̃ltitudo q̃ appellat̃ ternari⁹, ueriſſime ab arithmeticis numer⁹ prim⁹ ĩcõpoſit⁹ nũcupat̃, binari⁹ em̃ hũc p̃cedẽs nõ eſt ĩcõpoſit⁹ numer⁹, ſed magis ꝓprie nõ cõpoſit⁹. Cupiẽs itaq; ternari⁹ nõ eſſe ocioſ⁹, qñ poti⁹ bonitatẽ ſuã ĩ oẽs creaturas abſq; ĩuidia m̃ltiplicari, de uirtute ꝓgrediẽdo ad opationẽ, illud fœcũdũ q̃d eſt in eo multũ multitudĩs ꝓductiuũ tãq̃ numeri de nũo, et illud eẽntiale q̃d eſt ĩ eo unũ oĩs ꝓductiõis fõs et origo ſimul & oĩs ꝓceſſiõis initiũ, & oĩs ſubſtãtiæ ĩmutabilis ꝑmanẽtia ꝑpetua mẽte intuet̃ ac reſpicit, & ita ſeſe in ſe ipm retorquet, ꝑ modũ unitatis & duitatis ſemetipſũ multiplicãs atq; dicẽs, ſemel bis duo ſũt quatuor

Ecce tetractys illa quaternitudo de qua mihi tecũ ante ſermo fuit, hęc eſt oĩm q̃ creata ſunt Idea, qm̃, ut aiũt arithmetici, quaternario oĩs progreſſio ꝑficit̃. Vnde orit̃ decas illa quã appellam⁹ decẽ oĩm rerũ gña gñaliſſima. Nã unũ duo tria quatuor de oĩpotẽte potẽtia ad energiæ actum exeũtia producũt decẽ, q̊rũ dimidiũ eſt qnq;, pone igitur in mediũ qnq; tanq̃ aliquem ſigniferũ in medio exercitus & in eius latere dextro numerũ proxime ſupiorem q eſt ſex, & in latere ſiniſtro numerũ ꝓxime inferiorẽ q eſt quatuor, hæc duo iuncta etiã conſtituunt decẽ, pone iterum in latere eius dextro numerum proxime ſupiorem q eſt ſeptem, & in latere ſiniſtro numerum proxime inferiorem q eſt tria, hæc duo iuncta ſimiliter conſtituũt decem, pone rurſus in latere dextro numerum proxime ſupiorem qui eſt octo, & in latere ſiniſtro numerum proxime inferiorem qui eſt duo; hæc duo iuncta conſtituunt q̃q; decem. Pone demum in latere dextro reliqua nouem, & in latere ſiniſtro unum. Ianq; reduc illa nouem ad unũ & reſurgunt decem, q̃ rurſus ad uiginti relata incipiunt denuo eſſe unitas, & deinceps ad oẽs numeros Cardinales uſq; ad cẽtum, ſicut eñ bis unũ faciũt duo, & ter unum tria, & quater unum quatuor & ſimiliter ultra, ita bis decem faciũt uiginti, & ter decem triginta & quater decem quadraginta, & ſimiliter ultra, non aliter de centum, non ſecus de mille, ac ultra. Hæc q̃dẽ ratio erit cur decem per iota quæ uirgula eſt erecta græce ſcribimus, aut per ſolum punctum hebraice notamus, quæ tñ ſigna tam barbaris q̃ latinis alioqui ſimplicem repræſentant unitatem, quippe a qua numerus denarius oritur, & in quam deſinit, cuius Pythagoricũ extat ſymbolum uide licet unum duo, quæ Zaratas Pythagoræ ꝓceptor per noia propagatiõis pronunciare conſueuit unũ appellando patrẽ, & duo matrem, teſtimonio Plutarchi Cheronenſis in Timæi Pſychogonia. Nã ut ante accepiſti unũ & duo cum eſſentia diuina producunt quaternitudinẽ illam Tetractyn Ideam oĩm rerum denario numero cõſummatarũ. Eam Pythagoras affirmat eſſe πηγὰν ἀεννάου φύσεως .i. Fontem perpetuæ naturę, q̃ nihil aliud eſt q̃ cognitio rerum in mente diuina rationabiliter operãte. Mentem uero ipſam dei Pythagoras numerũ allegorice nuncupauit, cum diceret numerum eſſe uniuerſorũ principiũ. Ita eñ Plutarchus in libro de placitis philoſophorum quarto ſcribit. τὸν δ' ἀριθμὸν πυθαγόρας ἀντὶ τοῦ νοῦ προσλαμβάνει .i. Numerum aũt Pythagoras pro mente accipit. Signum plane haud iniquum, q̃a in incorporeis nihil diuinius mente, in ſeꝑatis nihil ſimplicius numero. Nec ꝓterea cogitari aliq̃d poteſt menti ſimilius, & ab hoc ꝑpetuæ naturæ fonte per riuos & cannales defluit numerus Pythagoricus unum & duo, id q̂d ab æterno in ipſo fonte immẽſi Oceani, fuit, erit, ĩmo ſemꝑ eſt, ubertim ſcatẽs, q̃ hoĩes priſco ſeculo noĩarĩt Zena ipſum illud unum (ut Ariſtoteles uoluit hoc Homeri citãs. εἷς κοίρανος ἔστω .i. un⁹ princeps ſit)

dicentes Zena pro Zeua uidelicet a uiuendo, quem Romani Iouē quaſi Zeua nuncuparunt, & Cornutus in libro de græca theologia illum aſſe‐rit totius mundi eſſe aīam. Duo autē, noīata eſt Hera, illius Zenos hoc eſt Iouis & ſoror & coniunx, de quo ſic Homerus in decimoquarto Iliados. ἥρη δ' εἰσεῖδε χρυσόθρονος ὀφθαλμοῖσιν αὐτοκασίγνητον καὶ δαέρα ζῆνα δ' ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς πολυπίδακος ἴδης ἥμενον .i. Hera hoc eſt Iuno aſpiciebat aurithrona oculis eundem fratrē & Leuirum Zena, hoc eſt Iouē in ſummo cacumine plurifontanæ Idæ ſedentem. Quo facilius ſenſa poſſumus ſapientiſſimoꝝ poetarum de origine rerū cognoſcere, ꝙ in multifontana Ida ꝗ mons ſic a proſpectu nominatur, ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν a præcognitione ἐκ τοῦ ἴδω τὸ γινώσκω Iupiter & Iuno reſident, tanꝗ̃ unum & duo in quaternioīs Idea illa riuoſa, Vnde fluūt oīm rerum principia quæ philoſophi ætate poſteriori formā & materiam noīarūt. Idemqꝫ apud nos eſt forma & materia prima quod apud uetuſtiſſimos philoſophos unum & duo, apud idoneos illuſtreſqꝫ poetas Iouis & Iuno, ꝗ coeunt in Gargari montis Ida & conueniunt in di‐uinę mentis Idea, binis ambo bigis & quatuor ambo equis ducunt̃, ſed de ſcendendo Iupiter in olympo manet, Iuno ad inferiora tendit Homero te ſte ſic dicens. εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης. νῦν δὲ σεῦ εἵνεκα δεῦρο κατ' οὐλύμπου τόδ' ἱκάνω. i. Vado uiſura pabuloſæ extrema terræ, nunc autē tui cauſa huc ꝑ olympi iſtud uenio, Neuter tñ alterum oīno deſerit. Hoc igitur modo exit à mente diuina uniuerſi exordium. Reſpiciens em̄ Tetra ctys ad ſui eſſentiam q̄ eſt prima unitas, oīm productrix, & ſimul originē ſuam a primo producto reminiſcēs qm̄ binarius eſt, ſic ait ſemel unum bis duo, mox conſtat quaternarius habens in cacumine uerticis ſui ſummam unitatem, fitqꝫ ſubito pyramis, cuius baſis eſt quaternarius planus apud arithmeticos ſuꝑficiem ſignificans. Suꝑ quam diuinæ unitatis iam memo ratæ lux radians formam & ſpeciē facit ignis incorporei. Propter Iunonis hoc eſt materiæ diſceſſum ad inferiora, unde confeſtim orit̃ natura lumi nis eſſentialis, non uſtiui, ſed illuminantis. Et hæc eſt creatio mundi medii, quem Simon Iudæus appellauit ſuꝑ̃mum, ꝗa deitatis mūdus compatione non patitur, ideoqꝫ ſe iudice ſuperſuꝑ̃mus & incompabilis ille noīatur. Recte uero medius hic dicitur olympus, quia totus lucidus & ſeparatarū formarum pleniſſimus eſt ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἐστί. Iliados octauo. i. ubi immorta lium area ſuꝑficies ſiue pauimētū extat, cognoīatur em̄ habitaculum deo rum, ſeu ut rectius Maro in æneidos decimo Deum domus alta, cuius ꝗ‐dem culmen eſt unitas, parietes trinitas & ſuꝑficies quaternitas. Idqꝫ clari us cernit̃ cum iam numerus a diuinitate ſua emanādo paululū declinaue‐rit & diuerterit ad creaturarū figuram, tunc etem̄ ponamus ſimul & pro Tetracty tetragonū, & in ꝗ̄libet eius angulo punctū inſtar unitatū, & pro unitate faſtigii q̄ nunc cœpit habere poſitionem eleuemus ꝗ̃tum fieri pōt

ſummum

ſummū apicē. Eo pacto, quatuor latera in altū erecta, quatuor erūt triāgu
li ſup latitudine ſua quadrāgula cōſtructi, & in unū pūctū excelſum ducti,
ecce pyramis ipſa, q̄ eſt forma ignis, teſtimonio Timęi Locri Pythagorei
in lib. de aīa mūdi dorice ſic ſcribentis. ἁ δὲ ἁ πυραμὶς τέσσαρας βάσιας καὶ τὰς
ἴσας γωνίας ἔχοισα συντίθεται, εἶδος πυρὸς εὐκινατότατον καὶ λεπτομερέστατον. i. ex q̊ py
ramis quatuor baſes & æquales angulos habens cōponit̄, forma ignis p̄q̄
mobiliſſima & tenuiſſima. Eſt ea ſane abſq; materia, lux eſſentialis ſepata
proxima deo & uita ſempiterna, ut in duodecimo libro q poſtnaturalia in
ſcriptus eſt, & in ſecundo de cœlo legit̄ ſic. Mentis opificiū eſt uita, dei aūt
operatio eſt immortalitas, iſtud aūt eſt uita ætherna. Hæc a Pythagoreis
mutuatus eſt Ariſtoteles. Atqui deus ipſe non eſt lux creata, ſed luci-
bilis autor oīs lucis, quare pyramidem abſolutiſſimā & retractiſſimā a tri
angula baſi in altitudinem ſeſe erigentē q̄ ſimiliter igneum uigorē ſignifi
cat Deus Opt. Max. in diuina ſecum trinitate incompabilis mundi conti-
net. Vnde & Chaldæi & Hebræi deum eſſe ignem p̄hibent. Quam uero
pyramidem quaternio producit, ignea lux eſt incorporei & immaterialis
ſeparatarum intelligentiarū mūdi, extra cœlum uiſibile, q a græcis uocat̄
αἰὼν a nobis ſeculum æthernitas & æther. Vnde & æthra fulgor ætherni
tatis dicitur, ubi non eſt corpus, neq; locus, neq; uacuū, neq; tempus, neq;
ſenectus, neq; tranſmutatio, ſed ibi ſunt entia inalterabilia & impaſſibilia
optimam habentia uitam qua toto æone id eſt æthernitate ſeu q̄uo fruūt̄
Hæc ferme ſunt ipſa uerba ſtagiritę Ariſtotelis, q̄ tam ipſe q̄ Platonici &
Socratici ex Pythagora ſuxerunt, q ſic in aureis carminibus ſcripſit. Si re-
licto corp̄e in ætherem liberum p̄ueneris eris immortalis deus, & his ſci
licet in hac uita ſupatis cognoſces immortaliū deorum & mortaliū hoīm
cohabitationem quam eleganter ipſe appellat σύστασιν a ſimul ſtando. per q̊d
tres nobis proprietates medii oſtendit mundi, quem liberum æthera no
minat, ut q a materiæ potentia ſegregatus & p̄ſeruatus in libertate cale-
ſcat dei ardore, ac inſenſibili motu inferiora calefaciat, dicitur em̄ æther
ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θέειν ἤτοι θερμαίνειν hoc eſt a ſemp̄ calefaciendo. Proprietates autem
illius ſunt hæ, conditio, chorus, & ordo. Mundi eius conditio eſt q̄ totus
quicq̄d eſt puriſſima forma eſt, cuius aſſerūt Iouialem eſſe naturam, q̄ im
mortalia & mortalia informet, & fotu ſpecifico cuncta utriuſq; mundi in
ſuo eſſe conſeruet, de q̊ extat illud Maronis. O pater o hoīum diuūq; ęter
na poteſtas, propterea ob fomentariū calorem ſpiritalis ſol ueteribus Iu
piter dictus eſt. Vnde ſalii Martis gradiui ſacerdotes eum appellarūt Lu
cecium & Cretenſes Phoſphorū, ab eoq; denoīatus eſt olympus q̄ totus
fulgeat, in q̊ Iouis totus p̄ſidet & p̄eſt, immo totum q̊d eſt ipſe eſt. Hinc il
lud q̊q; in ix. ænei. Annuit & totum nutu tremefecit olympū. Eius inq̄ cō
ditio eſt receptare formas ſimplices immateriales ſepatas p ſe exiſtētes tā

uniuerſales q̃ ĩdiuiduas. Continet eñ oẽs Ideas Ideatas generum & ſpecie
rum ceu exempla ipſa contractioribus exemplariis imitanda, q̃rum exem
plar ſignatorium conſiſtit in mente diuina. Sic enim nominari uolum⁹ q̃d
eſt in mundo deitatis exemplar abſolutum. In mũdo intelligibili exẽplum
abſtractum, & in mundo ſenſibili non exemplum ſed exemplariũ illud cõ
tractum, quõ ſigillum, figura, & cera ſigillata. Huc accedit ſecundo chorus
altera proprietas ἀπὸ τῆς χαρᾶς. i. a gaudio beatorum ſpirituũ infinito & uo
luptate immutabili deorũ dictus, q uernæ illius habitaculi & ciues olym
pionicæ myrtea corona ouantes ambroſia & nectare diuini conuiuii ꝑpe
tuo fruunt̃, ridentes riſum inextinguibilem. De q̃ ſapientiſſimus poetarũ
Homerus ἄσβεστος δ᾽ ἄρ᾽ ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν. i. Inextinguibilis certe exci
tabatur riſus beatis diis, q̃d omnino lętitiã illorũ ſempiternã oſtendit, quã
iugi concentu citharis & cæteris muſarum inſtrumẽtis, tripudio, choreis,
ſympoſiis, quietis cubilibus, & interdũ dulci ſomno, p̃clarus ibidem Me-
leſigenes eleganter in Iliados primo libro expreſſit. Quid ni Marrane?
Quænã põt maior cogitari uoluptas q̃ deũ uolentẽ & poſt eum rerũ oĩm
Ideas atq; formas aſpicere purius & tranſparentius q̃ ſecundarũ creatu-
rarum ulla, deinde uiſiones q̊q; ſuas inferioribus pãdere, q̃d omne deorũ
eſt propriũ atq; ſuum. Ideoq; dei qñq; uocantur latine, qui & græce thei
ἀπὸ τῆς θέας. i. a ſpeculatione ac uiſione, unde θεᾶσθαι ſignificat aſpicere uide
req;, noĩantur & qñq; angeli dũ uiſa cæteris enunciant, ut Orpheus Mer
curiũ inuocans ait. κλῦθι μου ἑρμεία διὸς ἄγγελε μαιάδος υἱέ. ἑρμηνεῦ πάντων. i. Au
di me Mercuri Iouis angele Meadis fili, explanator oĩm. Nã ἀγγέλλειν nun
ciare ac explanare dicimus. Crebro aũt alterũ pro altero uſurpam⁹, nõ cõ
ſyderatis officiis, ita ut promiſcue diis et angelis in cõi ſermõe utamur. Cũ
eñ Porphyrius in Iſagogis ſcripſiſſet ꝙ & nos ſimus rationales & angeli
Boethius latine uertens, ſumus inquit & nos rationales & dii, hoc modo
reperit̃ in libris aliorum q̃plurimis. Quare nemo putet cum deos noĩam⁹
ipſos æquari ſummo & ineffabili deo q nomen non habet, ſupmã nanq;
maieſtatem eo appellamus deum, ꝙ entia cũcta infinite penetrat & ſingu
la percurrit ἀπὸ τ̃ θέειν. i. currere. Vnicuiq; nẽpe rei multo ĩterior eſt de⁹ &
magis intimus q̃ ipſa ſibimetipſi, ut qui cum nullibi eſt ubiq; ſit. At nõ ſic
deos appellamus, q terminatam ſibi tm̃ exequunt̃ prouinciã, & ad deſtina
tum mittunt̃ opus. Dæmones aũt q̃tumcunq; boni, tñ a Pythagora ſecta-
toribuſq; ſuis in hunc medii mundi chorum non admittunt̃. Sic enim Plo
tinus q, teſtantibus Porphyrio & Longino, myſteria Pythagoreorũ pfe-
ctiſſime ſectari uiſus eſt, in libro de amore Deorum, inq̃t, genus eſſe paſſi
onis expers dicimus & putamus. Dæmonibus aũt paſſiones adiungimus
dicentes etiam ſempiternos eſſe, ſequenti poſt deos gradu. Præſtat ſane
nullum in mundo intelligibili dæmonẽ appellare, quinetiam ſi ibi ponat̃

ipſe dæ

ipſe dæmon,eſſe deum exiſtimare.Hactenus ita Plotinus certe in om̃i do
ctrina ſua breuis,at animo attento ponderandus,p̃ſertim hoc in loco tam
difficili quo poetarum ueterũ arcana de diis loquentium poterunt abſq̃
moleſtia & ſine plurimorũ exacerbatione legi. Tertia intelligibilis mũdi
proprietas ab eodẽ Pythagora demonſtrata eſt cum ipſe dixit.Si recta ra
tione uixeris,male acta dolendo,& bene acta gaudendo,deoſq̃ oraueris
ut opus tuum pficiant,tum exuto corpe profectus in ætherẽ,eris immor/
talis deus.Ordo nobis hic conſyderandus eſt,quem in conſequenda hoĩs
beatitudine Pythagoras obſeruat.Iſtud nanq̃ medii mundi cœlum incor
poreum ac iſte beatorũ inuiſibilis olympus nihil impurũ admittit,fugien
da ergo uitia ſunt,& amplexandæ uirtutes.Deinde ſalus hoĩm, miſericor
dia dei eſt,quare diuinitas colenda,& ſupi ſunt exorãdi, ut opus noſtrum
pficiant,tum demũ nihil iſtuc materię,nihil corporis,nihil pmixti recipit,
ante igit moriendũ eſt & ſancte corpus exuendũ q̃ in deos referaris, Hic
eſt ordo ſeculi ſeculorum ut uita functis hoĩbus puris & electis,deorũ in
digenarum ſup cœleſtis q̃q̃ aula cõcedatur,& comunis ſit pariter huma
næ naturæ cum ſacroſanctis angelicis ſpiritibus ppetuæ uitę conuerſatio
in inuiſibili & tñ oĩformi ſupcœleſti cœlo & orbe regeto extra ſenſibilẽ
mundũ,ubi uer⁹ eſt olympus non imaginarius neq̃ poeticus,non q̃ uol/
uatur,qui rotetur nunq̃ ue quieſcat. Tum Marranus,q̃ proxime,inquit,
ſectis noſtrorũ temporum accedit unus maxime oĩm Pythagoras.In lege
nanq̃ chriſtianorũ ſimiliter legit q̃ hoĩes mortui de numero reſurgẽtiũ
ſunt ſicut angeli dei in cœlis ubi tabernaculum dei cum hoĩbus. Nõ intra
bit aliq̃d coinqnatum aut abominationem faciẽs & mendacium.Erit iſtic
uox citharœdorũ cithariſſantium citharis ſuis,cantuſq̃ nouus,& mortui
q̃ ſunt ſcripti in libro uitæ uident cœlum nouũ & terram nouã.Prius em̃
cœlũ ac prior terra eis abierunt.Ibi etiam ciuitas beatorũ habens clarita/
tem dei,& illius muri ex iaſpide conſtructi,fundamẽtaq̃ eius omni lapide
p̃cioſo ornata.Et dominus oĩpotẽs templum iſtius ciuitatis eſt,& de ſede
eius producit fluuius aquæ uiuę ceu ſplendidus cryſtallus.Ciuitatis uero
eius fundamentum & ſupficies eſt tetragonus,uerba em̃ Apocalypſis un
de illa ſumuntur ſunt hæc. καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται .i.& ciuitas tetragonus
iacet,q̊d explanauit Hippolyt⁹ papa ſic eſſe διὰ τὸ ἑδραῖον καὶ πάγιον.i.propter
ſolidum & firmum.Id tu mihi reducere uideris ad Pythagoræ tui nume/
rum,& figuram pyramidis,a tetragona baſi erectã,quam mathematici ſo
lent inter ſolida reputare,plane quẽ uirum iure optimo non modo tuum
ſed ueri⁹ noſtrum Pythagorã appellarem,& appellabo q̃dem noſtrũ,dũ
uiuam,q̃ ipſe ſolus ex omni ueterum philoſophorũ turba magis apte ma
gis concinne propriecq̃ noſtra ſapuit,neq̃ ualde & a Perſis q̃q̃ & a Pale
ſtinis ac nr̃a ætate Arabibus in doctrinæ ſuæ fundamento diſtat,idẽ ipſe

Italicæ philoſophiæ autor. Sic em̄ in lege Mahometh Azoara prima legimus deum paradiſo bonos inducturū, ubi dulciſſimas aquas, pomaq; multimoda fructus uarios & decentiſſimas ac mundiſſimas mulieres, om̄eq; bonū in æthernū poſſidebunt. Et in Azoara quinquageſima prima. Credentes aūt (inquit) & benefaciētes pulcherrima loca paradiſi poſſeſſuri, omne ſuum uelle ꝑficiēt, hocq; lucrum eſt maximū, huiuſmodi ꝗdem pollicitū illis ſummā lætitiā denūciat. Deinde in doctrina Mahometh ita ſcribitur. Si ullum oblectamenti genus iſtic deeſſet, beatitudo minime plena eſſet. Fruſtra ergo deliciæ adeſſent ſi uoluptas deeſſet. Et paulo ſuperius. Incolis ꝗdem eius (ait) quicꝗd deſyderari poteſt ſtatim aderit, q & ꝑfecti erunt oēs in ſtatura ꝗdem Adæ, in forma uero Ieſu Chriſti, nunq̄ incremētum aut detrimentū aliq̄d patientes. Et in Alkoran capite lxiiii. Illic ꝗdem credentes accubabunt tapetis ſericis ſtramentiſq; purpureis, oībuſq; ſibi dilectis ꝑpetuo potient̄, ducētq; puellas formoſiſſimas, ut ſunt hyacinthus & margaritæ, ab hoībus atq; diabolis nunq̄ deuirginatas nec menſtruatas. Erunt & illic arbores colore inter uiridem croceūq; nitentes, fonteſq; fortiter emanantes & palmæ pomaq; punica. Nonne hic ſentis Philolae ꝙ pars maxima horum ſymbolica eſt & inſtar Pythagoricorū allegorice narrātur q̄ audiſti ferme oīa, id q̄d palā fatetur Mahometh in libro de doctrina cum ait. Seculum aliud poſt mundū iſtum, cuius nulla ſimilitudo exponi poteſt, nec em̄ coloni eius mortales, nec dies eius ſub numero. Quo ſe ipſum declarat, q̄ ſcripſerit de diuinis allegorice ſcripſiſſe, non autē oīa plane ac aperte, qn̄ numerauit dies beatitudinis, dies mille annorū & annos. quadraginta millia annorum. Et paradiſum habere docuit pauimētū aureum ſmaragdis & hyacinthis crebro interpoſitis diſtinctum, om̄i fructifera conſitum arbore, decurrentibus per amœna arua fluentis, q̄rū alia ꝗdem lac, alia mel album, alia uinū puriſſimū fundunt. Hæc in libro de doctrina Mahometh, ubi ꝑ ſenſibilem paradiſum deſignat illū quē ratio nō capit intelligibilis mūdi hortum. Duos em̄ paradiſos Mahometh in Alkoran nobis propoſuit cum in Azoara ſexageſima quarta ſic ait. Qui timuerit coram deo ſtans, duos paradiſos rerum multipliciū omnimodiq; boni fœcundos, hæreditatem accipiet. Ita duas q̄q; oſtēdit ciuitates Ieruſalem cum in libro de doctrina quærit Abdias. Quare Ieruſalem dicatur dom⁹ benedicta. Reſpōdit Mahometh quia in directo cœleſtis Ieruſalem ſita ſit. Hæc ad noſtri Simonis Cabaliſtica q̄ audiuimus haud parum alludūt de duobus ſcilicet paradiſis altero cœleſti & altero terreſtri geminos mundos ſignificantibus uiſibilem & inuiſibilem, illum nobis p̄ſentem, hunc nobis futurum, eum ꝗdem de q̄ ſatis multa paucis expoſuiſti, quare oro Philolae ut de noſtro quem incolimus reliqua proſequaris. Faciam ſedulo Philolaus ait, ſi prius te cōmonuero ne cum rudib⁹ philoſophaſtris erres

qui ea

qui ea tm̄ ſapiunt quæ oculis cernūt, ut de Antiſthene ſcripſit Ammonius Hermiæ cum dixiſſet, hoīem qdem uideo, humanitatē aūt non uideo. Vnde putabat humanitatem nihil rerum eſſe niſi cogitationis figmentum. ταῦτα ἐκεῖνος ἔλεγε, τῇ αἰσθήσει μόνῃ ζῶν. καὶ μὴ δυνάμενος τῷ λόγῳ εἰς μείζονα εὕρεσιν ἑαυτὸν ἀνεγείρειν. Id eſt. Hæc ille dixit ſenſualitate ſola uiuens & non potens ratione ad maiorem inuentionē ſe ipſum extollere. Ita Hermiades in Iſagogis. Haud aliter tam ſunt qdam obtuſo ingenio, ꝙ acutius cōtemplari nequeant, niſi quantū pupilla comprehendat, aut manus palpent, & q̄cunq; de uita cœleſti, de diis ſuperis, aīabus in cœlo aut de cœlitibus audiunt, ea mox ad cœlum uiſibile ſtellarūq; ſphæras, firmamentū mobile, & q̄s ſenſu ꝑcipimus orbes referunt, ac ſi in tanta turbine motuū, & irrequieto mutationum tumultu, uita beata conſiſtere poſſet, ſequentes uero ſpiritalem ſenſum & ſubtilem mentis illuminatiōnē, ipſi qdem intelligunt maiorem eſſe ueritatē in iis quæ non uident q̄ in iis q̄ uidentur. Ad hoc Pythagoreorum propenſa eſt uoluntas ut credant hunc mundū & q̄cunq; in eo locātur adumbratam eſſe imaginē eius q extra cœlum ſit ueri mundi, cōpꝛehendentis ſolum intelligentias formas & animas a corꝑibus ſubſtātia uirtute & oꝑatione ſeparatas. Vnde animas hoīm ab oīmi ſorde turpi defęcatas abiecta corporali mole firmiter tenent & nullatenus dubitant extra hoc uiſibile cœlū omne ac ultra qualēcunq; incōmoditatis aleam in ętherinitatis olympo habitare, omni libertate donatas & nulli neceſſitati obſtrictas. Sic eīm Plotin⁹ ille inſignis Pythagoriſta in libro de proprio cuiuſq; dæmone quarto Animas (inquit) extra ſenſibilē mundū profectas exiſtimandum eſt naturā dæmonicam tranſcendiſſe, omneq; gn̄ationis fatum, oēmq; huius mundi neceſſitatē q̄diu in mundo intelligibili habitant, huc uſq; Plotinus. Quotiens igit̄ de ueris diis, intelligētiis ſeparatis, formis purioribus, ſpiritibus diuinis, ſuperis, angelis & beatorum aīabus mentio fit, ſemꝑ recordare ac animo tecum uerſa mundum illū ſuꝑmum, intelligibilem, immaterialē, ſimplicem, abſtractū, cœlum incorporeum, olympum inuiſibilem, paradiſum mentalem, ſupernaturalem æthera, nec ſenſu nec ratione ꝑceptibilem. Eo nunc dimiſſo ad noſtrū deſcendamus corporeū & ſenſibilem mundum cuius exemplar eſt in mundo incōpabili deitatis & exemplū in mundo intelligibili formalitatis, & exemplariū δ' αὐθυπόστατον in ſe ipſo. Vtq; unū origo eſt mentalis mundi, ſic duo nobis exordiū erit mundi corꝑalis, q non eſſet corꝑalis, niſi quatuor iſtis conſtaret, puncto, linea, ſuꝑficie, craſſitudine, ad exemplū cubicæ figuræ quam conſtituunt unum duo tria quatuor. Vnū eīm poſitione fixum creat punctū. Linea de uno puncto ad alterum protracta ē duobus fit. Suꝑficies ex tribus oritur lineis. Craſſitudo quattuor naſcit̄, an̄, retro, ſurſum, deorſum. Ideoq; ſicut binarius per ſe multiplicatus numerando bis duo quaternionē producit. Ita binarius ſemetipſum in ſeipſum replicans atq; retorquens dicēdo, bis

duo bis,primum cubum facit.Ergo poſt q̄narium quę tetragonica eſt py
ramis,quippe principium intelligibilis mundi,accedit ſex laterum octona
rii cubus,quem mundo ſenſibili architectum p̃ficimus.Nam inter rerum
principia,non habetur ſeptenarii ulla memoria,q̄m uirgo eſt nihil pariēs,
iccirco Pallas noı̃atur.Ad cubum ergo primū diuertimur,ſane fœcundū
numerū,multitudinis uarietatiſq̨ principem,ut q per duo ſit & per qua-
tuor cōſtitutus.Vnde ſicut Pythagorę p̃ceptor Zaratas duo noı̃auit ma
trem,ita nos cubum inde progrediētem appellamus materiam, omnium
rerum naturalium fundum,& fundamentum ſedemq̨ ſubſtantialiū for-
marū.De q̊ Timæus Locrēſis ille Pythagoreus in lib.de aı̃a mūdi ſcribit.
ἐκ δὲ τῶ τετραγώνω συνᾶσθαι τὸν κύβον ἑδραιότατον καὶ στάσιμον πάντῃ σῶμα. ἓξ μὲν
πλευρὰς, ὀκτὼ δὲ γωνίας ἔχον .i. Ex tetragono naſci cubum ſolidiſſimum &
ſtabile oı̃no corpus. ſex q̄dem latera,octo aūt angulos habens.Huic fun- Pyramide
do ſi qua forma demerſa innitat̃,huic ſolido receptaculo ſi fuerit illapſa & Cubus
in hanc ſedem materialem repoſita,nō uage nec comuniter recipitur, ſed
ſtabiliter & ſingulariter fit indiuidua & incomunicabilis, tanq̄ aſcripticia
glebæ,tempori & loco ſubiecta, & quaſi de libertate in ſeruitutē materię
proſcripta.Igitur gemina profluere ab uno fonte rerū tp̄alium principia
cernimus pyramidem & cubum.i.formā & materiam q̄ ex eodem tetrago
no dep̃hendunt̃ prodiiſſe,cuius Idea, ut ante oſtēdimus,eſt Tetractys.Py
thagoræ diuinum exemplar.Symbola igit̃ primordialia q̄to potui breui⁹
explanaui, q̄ reuera nihil deſignant aliud q̄ materiā & formā. Cūq̨ opor
teat tertium aliq̄d ponere q̊ uniantur,nec em̄ ſponte confluunt nec cōtin
git fortuitus quarumlibet formarū cōcurſus in materiā,neq̨ unius rei ma
teria contingenter formam alterius recipit,non em̄ ex corpore humano
mox atq̨ deceſſerit anima generatur æs aut ferrū,nec ex lapide fit lana,cū
itaq̨ oporteat ponere tertium aliq̄d quo uniant̃,erit, ut opinor, neceſſe
prīcipium aliud q̄ priuationē Ariſtotelicā adducere quo moueat̃ materia
ad formæ deſyderiū,ita ut ceſſante hac & hac forma, introducat̃ uiciſſim
iſta quædā & iſta.Nam priuatio & potentia nihil ſubſtantiue agunt cum
ſint nullius actiuitatis realis ob idq̨ minimę entitatis,q̄to magis certā for
mam alicui materię nequaq̄ iungere aut unire poſſunt.Vnde inuenti ſunt
q dicerent loco priuationis motum eſſe tertiū principiū, q cum ſit accidēs
quō erit principium ſubſtantiæ? aut q̄s eius motus erit motor? Quare ſa-
pientius contemplati Athenienſes ambo,Socrates Sophroniſci, & Plato
Ariſtonis,pro motu ſeu priuatione agillimum actiuorū poſuerunt deū
dicentes,tria eſſe rerum principia.deū,Ideam & materiam,q̊d ante Pytha
goras occulte ſymboliſſauit arcanis his notis aſſerendo principia uniuer
ſorum eſſe.Infinitū,unum & duo.Infinitudinis deum,unitatis formam, al
teritatis materiam deſignans autores.Infinitum in mūdo ſuperſup̄mo &
incomparabili,unū ſeu identitatē in mūdo intellectuali,duo ſeu alteritatē
in mundo

in mundo ſenſibili,eſt em̄ materia q̄dem alterationis mater. Coniūgit aūt
deus materiā & formam per legē ipſi naturę impoſitā,Iccirco ante Pytha
goræ tp̄a uetuſtiſſimus ille Orpheus in libro hymnorū,poſt Iouem.i.for
mam, qui ab eo noīatur ἀρχὴ πάντων.i.principiū uniuerſorū.Et poſt Iuno-
nem.i.materiam quam uocat Διὸς σύλλεκτρον· παγγενέθλον .i. Iouis cōthoralē
oīparentem,Iunonio enim cognomento materiam alloquitur his uerbis
χωρὶς γὰρ σέθεν οὐδὲν ὅλως ζωῆς φύσιν ἔγνω· κοινωνεῖς γὰρ ἅπασι κεκραμένη ἠέρι σεμνῶς
.i. Abſq; em̄ te nihil oīno uitæ naturā agnouit,comunicas q̄dem uniuerſis
p̄miſta ſupra q̄ pudice.Itaq; poſt (inq̄) Iouem formā,& Iunonē materiā,
addidit idem Orpheus legem id eſt diſtributionē ut eſſet tertium naturæ
principiū,cognoīauitq; id φύσεως τὸ βέβαιον.i.naturę confirmatiuū. Nam lex
dicitur nomos græce ut noſti a nemo,τὸ μερίζω.i.partior & diſtribuo, per
inde atq; diſtribuens om̄ibus q̊d ſuum eſt uel q̊d ad ſe p̄tinet.Hoc eſſe ait
οὐράνιον νόμον σφραγῖδα δικαίαν (Sic in hymnis ſuis concinuit) .i.cœleſtē legē
ſigillum iuſtū,lex em̄ naturę ſigillat una forma multas materias,ſicut tabel
lio una effigie annuli multas ceras.Iam uero quęlibet ſigillatę in materiam
formæ non ultra uocant̄ Ideę,hoc eſt ſpecies,ſed τὰ εἴδη hoc eſt Ide ſcilicet
formæ ὡς τὰ ἐν τοῖς κηροῖς ἐκτυπώματα ἀχώριστα τῆς ὕλης.i. Ceu illæ in ceris
expreſſiones inſeparabiles a materia,ut ſcripſit Ammonius.Proinde apta
nobis iā extat ſenſibilis huius origo mundi,quē pyramidis & cubi cōiugiū
lege naturę celebratū peperit.Earū figurarū tetragonę baſes cōtinuo uni
tę dodecaedron efficiunt pythagoricū quippe ſymbolū,q̊ deſignat̄ ipſum
uniuerſum ex materia & forma compoſitū,illius recte meminit Alcinous
de dogmate Platonis ſic dicens. τῷ δὲ δωδεκαέδρῳ εἰς τὸ πᾶν ὁ θεὸς κατεχρήσατο
.i.Dodecaedro ad uniuerſum deus utebatur,ſcilicet cum hunc mundū fa-
bricaret,Octangulo nanq; cubo ſi pyramidē ex quatuor triangulis æqui
cruribus eleuatā ſup̄poſueris ędificiū dodecaedri artificioſe conſtruxeris
ubi ſuccumbit cubus ſeu talus uti mater, & īcumbit pyramis uti pater. Sic
enim Timæus Locrus ille nobilis Pythagoreus in libro de anima mundi.
τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἀρρενός τε καὶ πατρὸς· ἁ δ' ὕλα, θηλεός τε καὶ ματέρος. τρίτα δ' εἶμεν
τὰ τουτέων ἔκγονα,.i.Forma q̄dem inquit rationē habet maris & patris.Ma
teria uero fœminę atq; matris,tertia aūt eſſe horū genimina.Ex his igitur
oīa huius mundi quæ ſunt non p̄peram affirmamus certis ſeminibus & ſe
creta facultate fieri,ſane mira uarietate apparentia propter uariā forma-
rum ad ſuas materias commenſurationē & infinitorū pene accidentiū q̄
συμπτώματα epicurus uocat admiſtionē,per abundantiā & defectū,litem &
amiciciam,motum & quietem,impetum & tranqllitatem,rarū & denſum
Vnde oriuntur orbes & ſtellæ,quatuor item elementa,ex quibus euapo-
rant calidum & humidum,& frigidum & ſiccum,tum quęlibet etiam ſen
ſuum obiecta.Inde aliis aliud contingit,& efficit omnes res ut conuertant
formas,mutentq; colores,Lucrecii teſtimonio.Sentis ne quantū nos iam

cum plebe philoſophorum ambulamus,& uulgariā terimus uiam quādo
in hæc phyſica lapſi ſumus,quare cum multi multa de natura ſcripſere mi
nus uirium nobis adhibendū eſt ut quid de rebus naturalibus ſenſerit Py
thagoras oſtendamus,a nobilioribus & diuinioribus ſumentes initiū.Na
turales ſunt dii,ſupernaturales uero dii deorum,illos mūdus inferior alit,
hos mundus ſuperior fouet,unde & ſuperi dicūtur,de quibus ante haud
parum multa diſſeruim⁹.Dii deorum ſimpliciſſimi & puriſſimi quia nuſq̃
ſunt ideo ſupercœleſtes ſunt,quia ubiq; ſunt,ideo nobiſcum ſunt,iſtic in-
digenæ,hic aduenæ.Nunq̃ enim in noſtro mūdo ſunt niſi miſſi,quare an
gelorum nomine gaudent cum ad hæc ima deuergunt, q̄m regis regum
nuncii ſunt, habitu tñ & facie nobis apparent quali uolunt iuxta liberta-
tem arbitrii ſemp̱ beneficiorum erga nos amantiſſimi.Sed inferiores dii
ad ſupercœleſtia nunq; migrant,ad nos uero & ad noſtra q̄nq; legationē
aſſumunt,unde & pari modo eſt q̄ñ angeli nominant̃.Deus autem Opt.
Max. tam infima q̃ ſuprema & media ſingula penitiſſime inhabitat, ita ut
nihil ſit entium ſine deo.Præterea dii orbis noſtri præſtantiores ſunt.In-
feriores aūt in corpore humano animæ,quanq̃ illi apud corpora,hę ĩcor-
poribus.In medio aūt horum ſua loca tenent dæmones & heroes.Dæmo
nes prope deos heroes prope animas.Quorum Pythagoras in aureis car
minibus meminit,& ſingulis quibuſq; ſuum tribuit cultum. Nec illis tamē
aras ſanguine fœdari nec animalia immolari permiſit,niſi publicę utilita-
tis cauſa,magis aūt thure atq; hymnis quotidiana & priuata ſacrificia fie-
ri uoluit.Vnde illud extat,Thure deum placa,uitulum ſine creſcat aratro.
Cunque homo ſit quędam mundi huius effigies unde Microcoſmus hoc
eſt paruus mundus nuncupatur,in multis paria recepit mundana nomina
μεταφορικῶς & more tranlaticio.Mens enim in homine deus appellatur in
ſtar mentis ſummæ ac primæ,aut per homonymian, aut per participatio
nem.Et anima rationalis quæ per mentem ad uirtutes & optima quæque
uoluntatem inclinat,dicitur dæmon bonus ſiue genius,quæ uero per fan
taſiam & prauas affectiones uoluntatem ad uitia & peſſima quæque tra-
hit,nominatur dęmon malus.Quamobrem Pythagoras deum orat ut ho
mines a malo liberet, & omnibus oſtendat quo dæmone utantur. Exuto
demum corpore ſi fœdata uitiis manſerit ,fiet dæmon malus, & uita eius
δυσδαιμονία Id eſt infœlicitas uocatur.Sin uero abiecerit uitia nihilóque mi
nus impreſſus ei duret ſollicitudinis character,nec penitus omnem erga
humanos & mortales etiam quantumuis uirtutis mores affectionem re
liquerit, aliquanto erit tempore bonus dæmon ,& in huius mundi amœ
nitate fœliciter fortunatéque deget ſingulari ſemper cum lætitia, tan-
quam quæ bene geſſerit adhuc memori ſecum mente uolutans ad ea-
dem recte gerenda nondum extinctam retineat uoluntatem , cuius uita

græcis εὐδαιμονία. id eſt, fœlicitas dicitur. Vnde illud Virgilii Maronis
ortum eſt. Quæ gratia curruum armorumq; fuit uiuis, quæ cura niten-
teis paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos. Illam animam priſcos
lemurem nuncupaſſe accepi, cuius generis ſi quis ſit qui beneuolentia er-
ga nos ita ducatur, ut noſtri & noſtrorum curam ſortitus, pacato & quie
to numine domū poſſideat, lar dicit̃ familiaris. Sin aūt propter aduerſa ui
tæ merita nullis bonis ſedibus, interuagatione ceu q̄dam exilio punit̃, ter-
riculamentum bonis hoībus inane, at noxium malis, larua noīatur. Cū ue
ro incertum eſt qua ſortitione fruatur, lar ne ſit an larua, nomine Manē-
deum nūcupant, cui honoris gratia dei uocabulum addidere, qm̄ eos pro
nunciant etiam deos qui iuſte ac prudēter uitæ curriculo gubernato mor
tem ſanctam obierunt. Cæterum promiſcue deos, angelos & dæmonas
etiam eos noīamus ingenuos ſpiritus, ꝗ ſingulis ꝗbuſq; hoībus cuſtodes
addicti, minime conſpicui, ſemꝑ adſint non modo actorū teſtes, uerūetiā
cogitatorū, ꝗ nos q̊q; poſt mortem ſequant̃ uſq; ad ſummi dæmonis po
teſtatem iudicium atq; tribunal. Omnia hæc ad nos ex Pythagora fluxe-
runt, q̃ ipſe partim ab ægyptiis, partim ab Hebręis atq; Chaldęis, & apud
Perſarum ſapientiſſimos Magos didicit, poſteriſq; tradidit, q̊rum memi
nere p̄ſtantiſſimi autores. Mercurius Termaximus ægyptiorum illuſtris
legiſlator & contemplantiſſimus ſcriptor in ſermone perfecto ad Aſcle-
pium. Timęus Locrus in libro de aīa mundi, Heſiodus in operibus & die
bus. Plato per Diotimam in conuiuio. Per Socratem in Phędro, Itidemq;
in Philebo. Per Atheniēſem hoſpitem in legibus, & Epinomi, aliiſq; libro
rum ſuorum locis. Porphyrius de abſtinētia animatorum. Iamblichus de
myſteriis. Proclus in Alcibiadem. Plotinus in libro de amore & in libro
de proprio cuiuſq; dęmone. Maximus Tyrius in binis diſputationibus de
dæmonio Socratis, multiq; græcorū alii, q̊s e latinis Cicero in uolumini-
bus de natura deorum, de diuinatione, & in ſexto de repub. & ille quoq;
Madaurenſis Apuleius in libro de deo Socratis, & reliqui poſt illos imita
ti ſunt. Nec deſunt ex peripateticis ꝗ de motoribus orbiū ſyderum atq;
ſtellarum, & præſidibus elementorum tractauere, ſiue corporibus illis aſ
ſiſtant, ſeu illorum cuiq; pro cuiuſq; anima inſint, mitto dicere. Iam ſolum
quæ reſtant de mundo ſenſibili paucis enumerabimus. Mundū igit̃ hunc
qui eſt æthernitatis imitator dixit Pythagoras, continentiā eſſe oīm toto
rum ſecundū ordinationē quæ ſit in eo, qui tametſi eſt corporeus tn̄ incor
porea habuerit prima principia, cui ſtoici non ſunt in hoc aſſenſi, putaue
runt em̄ ea fuiſſe corporea quia ſpiritualia. Eundē ipſe & genitū & corru-
ptibilē aſſeruit ſed prouidentia & indulgentia dei nunq̃ corrumpēdum.
Dixit q̊q; corpora elementorū eſſe rotunda, p̄ter ignem ꝗ coni figurā prę
ferat, Colorem eſſe corꝑis apparētiam. Tempus, circulum, mūdi extimū,

motum,differentiã quãdam ſeu alteritatem in materia,generationi & cor
ruptioni paſſibilem materiam ſubiici.Neceſſitatem incumbere mũdo,&
quædam de neceſſitate fieri,quædã ex fato,quædã electione,quędã a for
tuna,quædam caſu,horũ cauſam eſſe humanæ rationi occultã,cui aſtipu/
latur & Anaxagoras.Mũdum itẽ cœpiſſe ab igne,arbitrabať ipſe noſter.
Dexterũ eius in oriente,ſiniſtrũ eſſe in occidente.Tum ſequutus Thaleta
cœlũ in quinqꝫ zonas diuiſit,deinde in æquinoctia & ſolſtitia utraqꝫ bina
& arctũ.Haud aliter etiã terrarũ orbẽ.Pręterea oĩm primus reꝑit obliq/
tatẽ zodiaci iuxta ſolis meatũ.Lunã uideri aiebat ſolũ terreſtre ignitũ,in
ſe habẽs cãpos mõtes & ualles.De aĩa hoc modo pronũciauit ꝙ ſit nume
rus ſe mouens quã ꝑ uires ita diſtribuit.Vitale circa cor,rationale & men
tale circa caput,Totã interire non poſſe,nã rationalẽ eſſe ſempiterni dei
opus,irrationalẽ uero corruptibilẽ.Eidẽ autori referenda uideť diuinatio
uerior ad ſacrificia.Humanũ ſemen utiliſſimi ſanguinis ſpumã eſſe uoluit
materię corporeæ,ſed incorporea uirtute p̃ditam.Cęterũ fœminã pariter
ſemen emittere.Deinde non ſolũ hoĩem ſed alia q̊qꝫ animantia rõnem ha
bere abſqꝫ tñ mente.Qꝫ aũt magna pars horũ nõ rationaliter agere uidẽť
certe corporũ dyſcraſia culpať,quia debitis non ſint dotata inſtrumentis,
Ideo uerba non hñt ſiue cicures ſeu ferę,ſed ſymbola & notas certas pro
uerbis tenent,ꝗbus ſignis inter ſe cogitatus ſuos exprimant.Sic igiť beſtię
loquunť,nõ dicunt,q̊d græce ſignificantius aiunt λαλοῦσι μὲν, οὐ φράζουσι δὲ
oĩm illorũ Plutarchi uolumina de placitis philoſophorũ teſtes cito ualde
bonos.De reliꝗs mũdi huius ſiue ſubſtãtiis ſeu accidentibus ſcriptores ex
tant penè innumerabiles in oĩ philoſophoꝝ ſecta,q̊rũ alii gñaliter ſunt lo
cuti de uniuerſi natura,ut Ariſtoteles,Theophraſtꝰ,& tui Arabes.Mau
riqꝫ prope oẽs,alii particulariter de ſingulis ꝗbuſqꝫ rebus,ueluti Iulius
Pollux,Dioſcorides,Plinius,& his ſimiles.Capita cũctarũ tñ diſciplinarũ
q̊tuſqſqꝫ poſteriorũ a Pythagora philoſophię theſauro tanq̃ hæres app̃/
hendit,& eã hęreditatẽ literario ſtudio excoluit,proqꝫ peculiari qſqꝫ boni
tate ingenii q̃tũ ualuit maxĩe adornauit & pro uirili extẽdit.Sed ꝗd cũcta
uel ſcire uel opinari iuuat?ſi nõ in hac nobis uita oẽm adimant mœrorẽ
& cruciatũ in altera poſt uacuitatẽ malorũ nõ addãt cumulatiſſimã oĩum
bonorũ cõplexionẽ q̃ tã ſtudioſe didicimus.Quid iuuat deniqꝫ ꝙ bñ ſciẽ/
do malefacimꝰ,& malefaciẽdo nõ oĩno metu uacare ac ita nullo animi trã
ꝗllo ſtatu frui poſſumꝰ.Quid rurſum ꝙ monitis ꝓbe obediẽtes inſtar iu/
mẽtorũ ſemꝑ iuſſa exeꝗmur,alioꝗ oĩbꝰ ĩ rebꝰ ſtulti,ſtolidi,fatui,fungi,bar
di,blenni,nihil a bruto diſtantes.Quare opportunũ uidebať Pythagoræ
oẽm philoſophiã ad beatitudĩs exoptatę faſtigiũ & expeditã ęterni gaudii
ſecuritatẽ deſtinare,quã ĩ cõtẽplatiõe ſũmarũ & diuinarũ reꝝ collocauit.
Eũ fructũ ceu fœlicis arboris ĩdefeſſa philoſophãdi ſtudia nr̃a ꝓculdubio

ſequuturũ putauit,ſi nos pri⁹ aĩa purgata uehemẽter declinem⁹ a uitiis,&
colam⁹ uirtutes diligẽter,q̃ plane nullius mali nobis ipis cõſcii læta mente A
hilariq́ꝫ ſtudio mathematicis ſpeculationibus incũbamus, q̃ nobis medię
obuerſant inter res naturales & diuinas,ſunt em̃ a materia partim inſepa-
ratæ ut naturalia,partim ſeparatæ ut diuina,circulus nanq́ꝫ ſeu harmonia
quanq̃ abſq́ꝫ materia non ſubſiſtit,tñ abſq́ꝫ materia eſſe intelligit, qnimo
nullius materiæ agitur cura cum quælibet mathẽmatica tractamus.Cum
igitur difficile ne dicam impoſſibile fuerat intellectũ noſtrum ſubito a na
turalibus ad ſupnaturalia & ab oĩno materialibus ad penitus immateria-
lia tranſilire,iccirco uoluit Pythagoras diſcipulis ſuis quaſdã res in mediũ
ponere quas & ſenſu aliq̃ modo poſſent & intellectu cõphendere,de-
monſtrationeſq́ꝫ illarum ob hanc cauſam mathemata ſeu matheſeis hoc
eſt diſciplinas noĩauit,quem uero de iis librum cõpoſuerat Eruditionum
ſiue Inſtitutionum inſcripſit,quaſi iuuenibus ac pueris aptum,propter q̃s
& id nominis elegit παιδευτικὸν.in quo totum quicq̃d dici poterat de nume
ris,de figuris,& de harmoniis explanauit.Inde tanq̃ꝫ ex uno illuſtri fonte
quatuor lympidiſſimi riui emanauere,quas nos quatuor liberales artium
facultates appellamus,arithmetica,geometria,muſica,ſane aſtronomiam
inter naturalia connumerans pro maxima parte in librũ quem appellauit
phyſicũ coegit,q̄ in motu corporũ conſiſteret.At q̃m de illis apud q̃plu-
rimos noſtra ætate literarũ peritiſſimos, tam lata eſt expeditio,ut q̃libet
earum rerum ſingularẽ facultatem faciat,& quęlibet facultas propriã claſ
ſem ducat,unãquãq́ꝫ ſuis p̃ceptoribus committã,& propter multã modo
noctem cœnæq́ꝫ noſtræ apparatus p̃ſentes,finẽ loquẽdi faciam q tot uer
bis hactenus tolerantiſſimas auris tuas immodeſte auſus ſum obtundere.
Tum Marranus.Iuro ſuperos,inq̄t,tanta me dicẽdo uoluptate oppleuiſti
ut nulla mihi ſit muſa gratior,& nunc cœnę oblitus oẽm pene famem ad
doctrinæ tuę cupiditatẽ retuli,quanq̃ uideo cauponẽ circa magnificentiã
& ſumptus epularũ eſſe curioſum,tu uelim tñ contẽtius reliquã Pythago B
ræ philoſophiam explices eam q̃ ad uirtutes,mores & reipub.induſtriam
p̃tineat,idq́ꝫ utcunq́ꝫ potes q̃breuiſſime,dum ſtructores cœnaturis nobis
triclinium ſternant,& cætera parent.Igitur audi Marrane oẽm (Philola⁹
inquit) hanc partẽ ſub noĩe urbanitatis contineri Pythagoras uoluit,quo
circa,unum inter reliqua uolumen compoſuit,q̃d πολιτικὸν noĩauit.i.ciuile
ſeu ut fortaſſe haud ſatis proprie uerterunt latini,de repub. perinde atq́ꝫ
non ſolum explanet q̃ multitudinẽ concernant, uerũetiã ſingula cuiuſq́ꝫ
ſua q̃ morum ſunt & uirtutis. Qui em̃ ciuitati p̃ficitur niſi dignus ſit etiã
qui domum ſuam regat & ſeipſum quoq́ꝫ,is plane inauſpicato eligitur,
μέρος ἐστὶν ἄρα ὡς ἔοικε καὶ ἀρχὴ ἡ περὶ τὰ ἤθη πραγματεία τῆς πολιτικῆς .i.Portio eſt
igitur ut uidetur & principium circa mores tractatio,ipſius politicæ, ut

in libro magnorũ ethicorum ait Ariſtoteles. Quæ qdem ciuilitas ex om̃i
uirtutũ numero conſiſtit, cuius ꝑtes ſunt uirtute p̃diti hoĩes in unã conſue
tudinem admiſſi. Nam malorũ conuerſatio non iam ciuitas reputanda eſt
ſed cõuẽticula ubi uitia ſunt ſicut inter bonos uirtus, ut Theognis ille Me
garenſis in libro ad Cyrnum. Diſces recte qdem a rectis, at ſi ſociere pra
uis, tũ perdes teq; animumq; tuũ. Omiſſa itaq; contẽplatiua ſapientia quã
ad naturam retulit Pythagoras & in librum phyſicũ recluſit de principiis
& cauſarum modis, ꝙ ex Monade ĩdefinita dualitas, ex illis numeri, ex nu
meris puncta, ex pũctis lineæ, ex lineis planæ figuræ, ex planis ſolidæ figu
ræ, ex qbus ſolida corꝑa & ſenſibilis ille mundi globus cum ſuis orbibus,
miſtorumq; elementis, igni, aere, aqua & terra fiant oriãturq;, ſingula pe
nè (ut ipſe ſolet) ꝑ allegoriam obuoluta, tum deniq; relictis pariter ma-
thematicis q̃ per librum Pædeuticũ, hoc eſt, de inſtitutione, ſuis oſtendit,
recenſendum arbitror ſtrictim q̃ de moribus docuit, de qbus in politico
diffuſius ſcripſit, & in carminibus aureis inſtar ſũmæ cõtractius, Quę cũ
ætate noſtra legant̃ publice, nunc ſola proſequar eiuſcemodi ſymbola ſine
ſcriptis tradita ut diſcipuli memoriæ uiribus freti conſueſcerent ad ſigna
prolata bonis moribus uiuere profeſſumq; philoſophię ordinem q̊tidie
inter ſe arcanis teſſeris affirmare. Quorũ è numero haud quaq̃ pauca illu
ſtris ERASMVS patria ROTERODAMVS profeſſiõe The
ologus, eloquẽtiſſimorũ noſtrò ſeculo facile princeps & dulcis ſiren cum
ingenti ſua laude quam de politiorũ literarum ſtudioſiſſimis qbuſq; opti
mo iure meretur, in libris ſuis uel poſteritati admirandis Adagiorũ lucu-
lenter expreſſit. In conſequẽdis ſane uirtutibus Pythagoras haud parum
conſuetudini tribuebat, adeo in teneris cõſueſcere multum eſt. Vnde mo
res dicti ſunt ἤθη quaſi ἔθη hoc eſt conſuetudines, q̊d ſtagirita ille ſæpe in
ethicis approbat, & noſter ipſe, iuſſit optimã uitæ rõnem eligere, illã nãq;
iucundam (inqt) reddet conſuetudo. Vniuerſam itaq; moralem philoſo
phiam ordinabat in tris metas, principio in dei diuinorumq; cultũ. Secũ
C do in ſingulorum q̊rumq; hoĩm ad ſe ipſos reſpectum. Poſtremo erga cę
teros officium, nam q̊d ad diuina p̃ſtantius attinet In primis nihil eſſe gra
tum ſuperis docuit q̊d non ſit ſordibus uacuũ & plane purgatũ, quare id
adagiõis tradidit crebro habẽdũ in ore μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων
.i. non eſſe libandũ diis de uitibus non putatis. De puriſſimo q̊q; adore ſta
tuit ſacrificia fieri. Vnde eſt ſuum illud. Ne ſacrifices abſq; farina. Sacrifi
cium hoc Pythagoricum maxime uetuſtũ eſt q̊d uino & pane fit. Quę aũt
deo dicata ſunt, ultra nõ debent ad humanos uſus tranſferri, admonebat
igitur ſæpe dicens, A gallo candido abſtineas. Perſeuerandũ uero eſſe in
humilitate ueris adoratoribus hoc ſymbolo p̃cepit καθῆσθαι προσκυνήσοντας
.i. ſedere adoraturos, nã ꝙ in adoratione oporteat circũquaq; proſpicere
de quo

de quo illud ortum eſt, Adora circũactus, prudentiam circa diuinas p̃ces indicat ne iure in nos ita retorqueri poſſit, neſcitis qd petatis. Cęterũ quo ad nos ipſos recte uiuendi norma conſiſtit in hoĩs decoro, q̃d extremorũ eſt medium, inter abundantiam & defectum, utrolibet em̃ uitioſus eſt & mãcus & cẽtimanus. Inde ſymbolũ hoc Staterã ne tranſilias, p̃cipit ſtudiis & actis oĩbus moderamen adhiberi, apertius aũt q̃d ipſe dixit. Salem ap/ ponito, id ad affectiões nr̃as q̃ paſſiones appellãt recte ptinet. Eſt em̃ ſal nota modeſtię, q̃m in cibatu hoĩs admittit̃ nec nimi9 nec minimus, utrũq; ſane reſpuitur & q̃d inſulſum eſt, & q̃d ſalſiſſimũ. Igitur ſalem ne trãſgre diaris prouerbium q̃cq; fuit, Proinde affectiones in nobis paſſioneſq; uni/ uerſæ quadam mouent̃ apparentia boni aut mali, bonis lętamur p̃ſentib9 triſtamur malis, rurſum bona concupiſcimus futura, mala timemus. Ergo gaudium & mœror elementa ſunt paſſionũ ex qbus oẽs animorũ noſtro rum motus oriuntur, q̃rum rectitudo uirtus dicitur, obliqtas uitium. Ap/ parent tñ ſæpe nobis bona q̃ mala ſunt, & econtrario q̃ bona ſunt, uident̃ non bona, multum em̃, ut ait Seneca, uerũ & ueriſimile inter ſe differunt, quare cõtingit error facile in imperito uulgo cuius magna copia eſt. Eum Pythagoras ſuis diſcipulis auertere ſtuduit ſymbolice admonens Per uiã publicã ne ambules. i. ne uulgi ſequaris errores. Nam q̃ uſurpari etiã hoc uolebat Extra publicam uiã ne uadas, iam inſinuauerat loquendũ eſſe ut mlti, potiuſq; q̃d apud oẽs cõſtat, tu ne impugnes. Vnde iſtud eſt, Aduer ſus ſolem ne loquaris, ne uidelicet ĩcidas in pericula, q̃d recte monet illud Acutum gladiũ declines. Id fit ſi honeſta uerecundia utaris in publico, cu/ ius hæc nota eſt Aduerſus ſolem ne meiito. Nunc igitur ſublato circa bo num & malum errore, temperandũ eſſe ſtatuit uoluptati & mœrori, cupi ditati & timori, quare dixit, Riſui ęque atq; triſticiæ manus non dedendas Nam gaudiis & uoluptate nos frui ſecundũ harmoniã iuſſit, hoc eſt cum honeſta quadã temperantia quam appellauit lyram. Vnde hoc ſymbolũ ὠδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν. i. cantibus utendũ ad lyram, non prorſus inane my/ ſterium fuit, quo ſemp ante initium ſoporis utebant̃, ne pturbatis moleſta rentur inſomniis, q̃ dum irruiſſent, ſurgẽtes iuſſit lecti ſtragula excutere ac conuoluere, hoc eſt inſomnia glomerare in unũ & reiicere, ne rememo rata grauarent. De mœrore ſic loquebatur. Arctum annulũ ne geſtato, p̃ q̃d excluſit cunctũ animi dolorẽ, niſi ſup admiſſo peccato, quapropter in ſuis ita cecinit carminibus. Mala qdem ſi feceris dole. In cæteris Pythago ras Cor ne edẽdũ mãdauit, id ſic eſt, ne te excrucies, quin ubi efferbueris in iram Ollę ueſtigiũ in cinere confundito, q̃d deſignat ab ira deferueſcen dum & p̃teritorum maloꝝ tollendam eſſe memoriam. De cupiditate hoc modo. Quæ uncis ſunt unguibus ne nutrias, idq; cõtra manus rapaces cõ ſtituitur, imo neq; de q̃tidiano uictu ſis abunde ſollicitus, quare ait. Chœ

nici ne inſideas,eſt aũt chœnix cibus diurnus,quam uocant p̃bendam, alii
ſportulas appellant.Pariter uero ne ullum auariciæ in animo tuo recon-
ditæ argumentum oſtentes,ita commonuit.Quæ deciderint (ingens) ne
tollito, per q̊d uetuit etiam ſuarũ queq; rerum non decere ardentiorem
eſſe amatorem.De formidine ita.Ne reflectas ubi ad terminos ꝑueneris,
q̊ ſymbolo nõ tm̃ trepidare mortẽ prohibet,uerumetiã quicq̃d in fatis eſt
q̃tumcunq; terreat.Hi nanq; ſunt termini definiti & determinati q̊s tranſ
ire non poteris.Fruſtra igitur times q̊d reflectere aut uitare nequeas, ab
eiuſcemodi quippe caſu nuſq̃ reſilire,fortitudinis q̃dem laudatæ ac egre-
gię magnanimitatis eſt.Enumerauimus ꝑfunctorie notas Pythagoricas.
Primum q̃ ad diuina ꝑtinent,deinde q̃ ad hoĩes ſingulos quoſq;. Nunc
alter erga alterum q̃bus moribus utatur,auſculta paucis,cunq; nihil ami
cicia ſit optabilius,incumbit ſumma poſt deos cura,uirtute amicos parare
ut eſt in carminibus aureis,tñ non tranſeunter quoſlibet.Iccirco ipſe di-
xit.Ne cuiq; inieceris dextram.Et dum penetralibus tuis dignũ amicũ in-
ueneris,oĩm tuorum participem eum facias,Ob eam rem ipſe Pythago-
ras hoc alios ante omneis uſurpauit adagiũ.Amicorum oĩa comunia.Ti-
mæo & Cicerone atteſtantibus.Eſt em̃ amicus alter ipſe,q̊ fit ut amicicia
ſit ἰσότης .i.æqualitas & eadem aĩa.Minime aũt admittendi ſunt in amicicia
hoĩes alioquin interne albi,tñ nigram caudam foris geſtantes (exꝑto cre
de)q̃bus nihil fert terra peſtilentius,picæ mendicæ Cyanoleucæ cauda in
ter ſcapulas nigricante,om̃ia ſimulantes & diſſimulantes hypocritę.Dixit
itaq; Pythagoras μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων.i.Ne guſtes ex iis q̃bus eſt nigra
cauda, ii ſunt falſi fr̃es q̊s atratos uocãt,ὅτι ψεῦδος ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι μελαίνεται
ut ſcripſit Tryphon grammaticus.i.Falſum em̃ in extremis nigreſcit. Reli
quos leuioris amiciciæ parũ utiles ſiue cognatos ſiue amicos ſupra modũ
nec cõtemnas nec acceptes.Quod inſtituit allegoria hæc, Vnguium crini
umq; præſegmina nec cõmingito nec inſiſtito. Neq; abeſt quin oẽm in-
gratum conuictorẽ & ſingulos nobiſcum ſuſurrones hoĩeſq; garrulos ca
te uitare iubeamur,unde illud extat Cohabitantes nobiſcũ hirundines ne
habeamus,porro amicus conſulto recipiendus eſt,at receptus non facile
abiiciendus.Frangere nempe amiciciã inhumanũ eſt,quare dixit.Panẽ ne
frangito.Tu uero ita uelis amicus eſſe ut amici oĩa perinde cures atq; tua
cui non blandis uerbis & ſermonũ fuco placeas,ſed ſtudio ueri.Sedes em̃
amiciciæ ueritas eſt,non adulatio,propter q̊d ipſe dixit.Oleo ſedem ne ab
ſtergas.Vtq; conciliandus eſt bonorũ amor,ſic nõ eſt cõmouẽda malorũ
iracũdia,hoc ipſum admonet Ignem gladio ne fodito.Eſt p̃terea uiri boni
officium prodeſſe oĩbus,nocere nemini. Nam ſi uel moleſtiæ autor,uel
oneri imponendo ſocius acceſſeris,non profuiſſe quidem,magis aũt gra
uaſſe diceris,ut ita uitio locum dediſſe uidearis.Tunc autẽ uirtuti potius
tuæ gra

tuæ gratiam mereberis cum onus deponenti ſuccurras ut leuet̃ pondere uelocius,hoc illud eſt q̃d dixit φορτίον συγκαθαίρειν μὴ δὲ συνεπιτιθέναι.i.Onus ſimul deponere,non aũt ſimul imponere,haud ſecus atq; ſi dicat,ad id co adiuuato ut hoĩes moleſtia leuentur,non grauent̃.Indignus uero & puer ſis uir moribus ſicut non eſt interimendus ſubito, ita tibi ueniat minime fouendus.Quare interdixit Cibum in matellam ne immittas. Eam deniq; ferocitatẽ deponamus oportet ut prorſus nemo ſęuiat in queuis innocen tem.Pręcepit em̃ & illud Pythagoras Mitem arborẽ non uiolandã nec lę dẽdam.Vnde illud extat in ſymbolis Piſces ne guſtato.Eſt profecto piſcis animal eiuſmodi quod ipſa natura nullo pacto lædit hoĩem. Nunc q̃tum ad rempub.attinet adhuc id reſtat citandũ q̃d ipſe dixit,Coronam ne car pſeris,ſignificans legẽ non uiolandã.Et illud itẽ In uia ne ſeces ligna.Quo monemur publica & quæ ſunt uniuerſitatis non eſſe turbanda. Q̃ʒ uero ſapientem haud deceat faſtus & maieſtatis inflatio,publici ue honoris tu mor,arcanũ hoc ſymbolũ nos exhortat̃ A fabis abſtinendum.Magiſtratꝰ em̃ fabis eligunt̃ priſcorũ more.Innumerabile aũt deſyderat malũ q̃ſquis anxie occupatꝰ eſt in capeſſenda republica.Quo magis ne populũ dehor tando male offenderet,maluit diſcipulos recondito myſterio tanq̃ fidus magiſter ab omni ambitione auertere,ut memoria ſemper tenerent uide licet ὅτι οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι. plura horum non dubiũ eſt quin Hipparchus & lyſis Pythagoræ auditores memoriter tenentes pcepta doctoris, q̃ illi cũ cæteris conſcholaſticis ingenio ſuo pro libris ſeruarunt,in auditorio the barum prodiderunt.Ea tñ & non omnia uidi & ad finem properans non oĩa pſtringere uolui.Hoc unũ uolui neſcius ne eſſes & obliuioni haud cõ mitteres oẽm ferme Pythagoricã philoſophiã eſſe notis uerborũ & tegu mentis rerum plenam,eũq; tradendi morẽ ut ante dixi ab Hebręis credit̃ & ægyptiis ipſe ad græcos primus tranſtuliſſe.Solebant em̃ ægyptii qui buſdã fictis ĩter ſacerdotes literis ſacra comunicare,ut eſſent plebi ſecre ta q̃ & diutius admirationi forent & attentius caperent̃.Vnde illi Coloſſi ſtatuæ,aræ,arcus,& æra publice inciſa literis ægyptiorũ ſacris, promine bant ſpectanda uniuerſis,ſed non niſi myſtis & initiatis hieroglyphis intel lecta ut de iis Chæremon & Orus,egyptiorũq; multi ſcripſere.Sic Pytha goras meus eſſe nõ putabat uiri ſapientis aſino lyrã exponere aut myſte ria q̃ ita reciperet ut ſus tubam,& fides graculus, & ungenta Scarabæus, Quare ſilentiũ indixit diſcipulis, ne uulgo diuinorũ arcana patefacerent, q̃ meditando facilius q̃ loquendo apprehendant̃. Tum Marranus.Ne,in quit,unus tibi poſſideas oro Pythagorã mi Philolae,ſed noſtrũ eſſe patia ris,non ſolius tuum.Eq̃dem ipſe mihi uideor de tuo ſermone haud admo dum ſurdus neq; immemor Pythagoriſta euaſiſſe,q ut cuncta myſteria, metaphoras,ænigmata,ſententias,apophthegmata,allegorias, ſymbola,

notas,ſigna,ſacramenta,tanti uiri & oĩm primi philoſophi quæ tu obiter
& ꝑfunctorie catalogi ſpecie recenſuiſti,cõmendarẽ memoriæ,locis Tul
lianis & arte rhetorũ in te audiendo ſum uſus.Quin uis periculũ faciã. Aſ
ſeruiſti eñ ſi rite recordor Pythagoram tribus uoluminibus oẽs philoſo
phiæ partes complexũ fuiſſe phyſico,pædeutico & politico.i.naturali diſci
plinari & morali,q̃ moriens (ut alias audiui) filiæ teſtamento mandaſſe
fertur,ne uel extra familiã ederet,immo nullatenꝰ publicaret.Ipſe uero di
gnis tm̃ & numero paucis,dum uiueret oĩa q̃ illic continebant̃,maxĩe aũt
mathematica,uiua uoce nullo utens inuolucro plane demonſtrauit. Cęte
ris cætera in parabolis.Ergo aliter loquens,aliter ſentiens (& ſi ſemꝑ idẽ
ſapiens) per quædam ſymbola ceu memoracula doctrinã ſuam ſuis impꝫ-
titus eſt,ita ut ad priſcorũ imitationẽ aliud dictũ,aliud referret intellectũ.
Ab eo nanq̧ ut de primis exordiar ꝓ deo ponit̃ infinitũ & unũ,pro rebꝰ
incorporeis numeri,pro corporeis figuræ,pro miſtis harmonia, pro ſor
dibus & peccatis,uites non putatæ,pro eo q̊d eſt in uita puriſſimũ, farina.
Gallus cãdidus nota eſt deo dedicati,Sedere deſignat humilitatẽ,Circũa-
ctio prudentiã,& hęc q̃ ad diuina.Iſtud ad rem priuatã & uirtutes ſpectat
Statera ſymbolũ iuſticiæ,Sal notat moderamen, Via publica errores uul
gi,Sol ponit̃ loco manifeſti & apti,Acutꝰ gladius ſignificat ꝑicula, Lotiũ
inuerecũdiã,Cãtus uoluptatem,Lyra harmoniã, Stragula lecti,inſomnia,
Annulꝰ ſtrictꝰ dolorẽ,Eſca cordis cruciatũ, Olla ebullitionẽ iræ,Vngues
recurui rapinã, Choenix alimentum,Res decidẽtes fortunam,Termini fa
tum,iſta ſunt hoĩs quoad ſe ipſum,illud iam ſeq̄tur quod uerſat̃ erga alte
rũ,Dextra notat amicitiã,Nigra cauda falſos fratres,Vngues et crĩes ſym
bola ſunt propinq̊rũ Hirundines garrulorũ, & eorũ qui excedũt ingra-
ti,Panis myſteriũ eſt ueræ amicicię, Oleũ adulationis ſignũ,Ignis iracun
diæ,Gladiꝰ exacerbatiõis,Onꝰ moleſtiã inſinuat, Matella figurat ĩdignũ,
Arbor mitis hoĩem utilem,Piſcis hoĩem innocẽtem. Hactenus de re pri
uata. Nũc de republica.Corona ſignũ eſt legis & regimĩs,Ligna uiæ res
uniuerſitatis,ambitionẽ Faba demõſtrat, oĩa ſymbolica,om̃ia figurata et
allegorica.Qꝫ niſi plura in diſcipulis Pythagoræ putares inueniri poſſe,
profecto hæc oĩa reducerem ad eius uiri mathematicas proportiões,qm̃
unum & duo prima progreſſiõe fiũt tria. Ecce rempublicã,& ter tria ſunt
nouem,ecce rem diuinã,& ter quatuor ſunt duodecim. Ecce rem priuatã
q̊ad alterum,& quater quatuor ſunt ſedecim.Ecce rem priuatam q̊ ad ſe.
Eſt igit̃ reſpublica trigonus,& res priuata tetragonus,& ſicut ſe habet ſe-
decim ad duodecim,ita ſe habet duodecim ad nouẽ,ſingula in proportio
ne hemiolia,hoc eſt ſeſquialtera. Vide q̃ docilis te p̄ceptore ſum,& q̃ egre
gie pythagoriſſo. Tu uero quẽ meipſum facis? Tum Philolaus,Plane Py
thagoreum,inq̄t,iam eñ tibi ꝑmitto rumpere ſilentium,ſatis diſciplinarũ

habes

habẽs,ſi oĩa formalia intellectualiter intelligas. Ad hæc Marranꝰ.Ego cer
te quid hoc ſit ignoro. Dicam,ait ille,Si oĩa quæ tibi apparent,a ſenſu ad D
mentem tranſferas,hoc eſt,ſi corporeas paſſiones omneis reiicias & men
tis contemplatione ꝑfruaris.Iam uerbi cauſa in latiſſimo campi ſpacio lon
ge diſtantem a te hoĩem uidere te uelim,tu uero ignorãs qd rerum ſit exi
ſtimabis uel agri terminũ,uel truncũ eſſe,habet ẽm figuram rectã, & ma
teriam tua opinione immotã,propius cum aſpexeris,cogitabiť in arbuſcu
lam ſuccreuiſſe.Reiecta igitur penes te cemẽtaria mole,uegetare id putas
uita plantæ,tum ſi motu progreſſiuo iuxta uos ambo accedatis,continuo
arboris forma euaneſcẽte ſuccurrit tibi aĩalis cuiuſdã imago neſcienti atqꝫ
dubitanti ſit ne gryphes an ciconia,uel alia quęlibet ingens auis,bipes ẽm
eſt.Iamqꝫ factus propior cernis ꝙ caudam & alas non habet, & ambulat
erecto capite,mox relinquis oẽs formas priores,& formam cogitas huma
nam.Ergo una cum obuiã fueritis,ſalutem prior dicis,& reſpondet iſte lo
quens rationaliter,tum neqꝫ fauni neqꝫ ſatyri aut alius tibi phaſmatis ori
tur ſuſpicio.Sed plane hoĩem eſſe agnoſcis uel uicinũ uel amicum,quẽ ubi
de parentibus ſuis & propinquis ut fieri ſolet interrogas,ipſe omni quæ-
ſtioni tuę ſatis faciens recedit.Eoqꝫ diſcedente,ſolus tecum meditaris hũc
hoĩem & ex parentibus eſſe natum,& parentes rurſum ex parentibus, &
illos ipſos pariter ẽ ſemine humano,& ſemen illud ab hoĩe q̊dam eſſe,tan
demqꝫ cum natura reſpuat infinitũ,uidebiť forte haud admodũ impoſſi-
bile unum aliquẽ aſſignare hoĩem ꝗ fuerit ortus ſine ſemine humano. Ita
in xii. libro poſt naturalia ſcripſit Ariſtoteles,& eum appellat τὸ τέλειον.i.
ꝑfectum.Cunqꝫ accepto feras dari a philoſophis hoĩem talem ꝑfectũ,cuiꝰ
corpus non ſit natũ ut cęterorũ hoĩm,tunc diſcurres ꝑ rationẽ ad hoĩs ani
mam,ſemꝑ de ꝑfecta ad ꝑfectiorẽ & nobiliorẽ.Eadẽqꝫ poſſibilitate arbi-
traberis concedi q̊qꝫ aĩam certam,non ita creatã ut cæteras aĩas, ſed forte
q̃ ſe ipſam cõcreauerit,et eam eſſe non ſolũ ꝑfectã aut aliis ꝑfectiorẽ, uerũ
etiã cunctarũ q̃ fuerũt,ſunt,erũt aut fore poſſunt,ꝑfectiſſimã,hanc in hoĩs
mortalis corꝑe ſitã ſeparabis a corꝑe,ac ſupra reliquas aĩas ſeparatas(q̃n
ipſa eſt nobiliſſima) locabis in nobiliſſimũ nõ locũ ſed habitaculũ.Nobi
liſſima uero manſio eſt proxima deo,q̊d Stagirita late proſeqtur in lib.ad
Alexãdrũ de mũdo.Illã aũt nos in orizonte mũdi ſuꝑſup̃mi ꝗ diciť incom
parabilis habitare iudicamus,ubi eſt unio dei & creaturę.Sicut in orizõte
ęternitatis ponimus motorẽ primi mobilis ĩmobilẽ,in q̊ mũdus corporeꝰ
& incorporeus cõueniũt.Hac iam uia humanã formã,intellectualiter uer
tiſti in formã ſeparatã,& eandẽ mentaliter ad æthernitatis ſup̃mã duxiſti
manſionẽ. Vnde oĩbus angelis & aĩabus gratioſis ſumma inſtillat beatitu
do, & oẽs aĩæ ſalutiferę ad eandẽ aĩam ceu ad regulã quandã regulantur,
Quod utiqꝫ de corꝑe illo ꝑfectiſſimo cuius ante meminimꝰ Pythagorice

nō negarē. Nā ipſe dixit hoīem poſſe fieri deū īmortalē, ꝑ q̊d ſententiā ſuā clare oſtēdit, ꝗ una gloria partē hoīs utrāq; glorificare poſſit, & totū hominē facere beatū, qñ maximus ipſe deus aut utrāq; inſorbit, ac ſua deitate ībibit, aut aīæ cōmittit ut corpori ſublimato claritudinē & glorificationē ſuā influat. ὡς ὁμοζύγῳ καὶ συμπορεύτῳ, συναπογραφέντι τε καὶ συναθλήσαντι. i. Tanq̄ cōiugato & uiarū comiti, ſimulq; cēſito, & q̊d ſimul certauerit. Hoc Pythagorę dogma repullulauit ab Orpheo, q̊d in exitu hymni ad Mercuriū deꝑhendit. Iā tibi p̄ oculis pendentē cernis Homeri cathenā aureā in Iliados octauo ab Ioue cœlitus fragilitati nr̄æ demiſſam in terras, ꝑ quā temet ipſum ope diuina in ſublime leues cū agēdo tū contēplādo. Neceſſe nāq; fuerit prius ſecūdū mentē uiuere, poſt tandē mēte cōtēplari & contēplātē ardēter aſcēdere, qm̄ uita eſt cōtēplatiōe prior, quaꝝ cū utrāq; deceat eſſe purā ad cōſequēdū id q̄ nihil eſt purius, certe purgāda prius uita eſt, dein de illumināda cōtēplatio. Quod igit̄ in ea quā attulim⁹ rerū a rebus abſtractiōe uidiſti, tu id in te ipſo experire, ut p rōnem ad mentē redeas, & externis te oībus explices, q̊d M. Antoninus Impator impat ἄπλωσον σαυτόν. i. explicato te ipm. Oportet em̄ ex hac uita migrātē in alterā, oē indumentū exuiſſe ac nudū ꝑficiſci, nō modo ab oī materia & corpeis appēdiciis, ueꝝ etiā ab uniuerſa pturbationū affectionū et paſſionū mole ꝑfugū atq; liberū, q̊d ſcite admodū Lucianus Samoſatēſis in dialogo Charonis & Mercurii oīm philoſophiſſimo docuit quē niſi legiſti lege & imitare. Quid aliud eſt obſecro q̊d Pythagoras in tria diuiſit q̄ nos in diuinæ uirtutis ueſtigia ponāt, niſi purgatio, illuminatio & ꝑfectio. Sic em̄ ait. ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα, τούτων χρὴ ἐρᾶν σε, ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει. i. Hęc labora, hæc meditare, hęc oportet te amare, hęc te diuinæ uirtutis in ueſtigia ponent, q̊d Hierocles de uiribus aīę nr̄æ rōnalis æque ītelligi uoluit amori diuinorū applicatis, & hęc nos, inqt, deo ſiles faciēt. Verba Pythagorę cōſyderem⁹. Tria nāq; poſuit qb⁹ iūctis anagogice poſſum⁹ ad ſummā beatitudinē ꝑuenire. Laborē uirtutis q̄ in actiōe cōſiſtit. Meditationē q̄ multis diſciplinarū ſtudiis nutrit̄, & Amorē q nos ut neceſſariū uinculū deo connectit, primū moralis, ſecūdū naturalis cū mathematica, tertiū ſtudioſis theologia ubertim exhibet, nec unū ſine altero ꝑ ſe ſatis eſt, ſed tria hęc cōuenire oportet. Id docte qdē ut oīa Porphyri⁹ maximus Pythagoricorū explorator in libro primo de abſtinētia aīatorū, tractat his uerbis q̄ ob grauē teſtimonii autoritatē afferre libuit. οὐκ ἔστιν inquit ἡ εὐδαιμονικὴ ἡμῖν θεωρία, λόγων ἄθροισις, ἢ μαθημάτων πλῆθος, ὡς ἄν τις οἰηθείη, οὐδὲ συνισταμένη κατὰ πῦρ, οὐδ' ἐν τῷ ποσῷ τῶν λόγων λαμβάνει τὴν ἐπίδοσιν. οὕτω γὰρ οὐδὲν ἐκώλυεν, τοὺς πᾶν μάθημα συνάγοντας, εἶναι εὐδαίμονας. i. Nō eſt beata nobis contēplatio, uerborū accumulatio & diſciplinarū multitudo, quēadmodū aliqs forte putauerit, neq; cōſtituta ſecūdū hoc, neq; pro q̄titate rationū ac ſermonū accipit incremētū. Sic em̄ nihil prohiberet illos q omnem cōgregarēt diſciplinam fore beatos.

Et aliquan

Et aliquanto poſt,ut omittam reliqua breuitatis gratia ſic ait. Καὶ ἡμᾶς δεῖ ἐντεῦθεν εἴπερ πρὸς τὰ ὄντως οἰκεῖα μέλλοιμεν ἐπανιέναι ἃ μὲν ἐκ τῆς θνητῆς προσειλήφαμεν φύσεως, ἀποθέσθαι πάντα, μετὰ τῆς πρὸς αὐτὰ προσπαθείας δι᾽ ἧς ἡ κατάβασις γέγονεν ἀναμνησθῆναι δὲ τῆς μακαρίας καὶ αἰωνίου οὐσίας καὶ πρὸς τὸ ἀσώματον καὶ ἀπαθὲς σπεύδοντας ἐπανελθεῖν, δύο μελέτας ποιησαμένους, μίαν μὲν. καθ᾽ ἣν πᾶν τὸ ὑλικὸν καὶ θνητὸν ἀποθησόμεθα. ἑτέραν δὲ, ὅπως ἐπανέλθωμεν καὶ ἀναληψόμεθα ἐναντίως ἔτι αὐτὰ ἀναβαίνοντες ἢ ἐνταῦθα κατήλθομεν .i. Et nos oportet hinc ſiqdẽ ad uere propria uelimus redire quæ de mortali aſſumpſimus natura abiicere uniuerſa,cũ ipſa erga illa affectione per quã deſcenſus nobis contigit, reminiſci autẽ beatę & ætherně eſſentię,& ad incorporeũ ac impaſſibile ſtudẽtes aſcendere,duas meditationes facientes,unã qdẽ ſecundũ quã oĩe materiale et mortale deponamus,alterã aũt quatenus reuertamur et redeamus,aliter ad ea aſcendẽtes q̃ hic deſcẽdimus.Et iterũ poſt ſermonẽ haud ualde multum iubet nos illic Porphyrius a ſenſu & imaginatiõe oĩq; irrõnali quæ ſequit̃ inde conditione,paſſionibuſq; eiuſmodi,animũ penitus ſegregare quatenus ꝑmittit naturę neceſſitas,rite uero diſponere articulatimq; cõponere q̃ ad mentẽ ꝑtinent,tranqllitatẽ pacẽq; ex bello q̊d aduerſum irrationalitatẽ geſſimus parãtes,ut nõ ſolũ de intellectu & intelligibilibus audiamus,uerũ etiã pro uirili ſimus fruẽtes eius contẽplatione, tũ in naturã incorporeã trãſlati,tũ uiuẽtes cũ ueritate ꝑ mentẽ,nõ ultra falſe cũ corporũ cognatis.Soluere itaq; multa nobis indumẽta debemus,tũ uiſibile hoc indumentũ carneũ,tũ ea qbus interius ſumus induti pelliceis ꝓxima.Huc uſq; Porphyrius q ea de re lõge plura diſſerẽdo proſeqtur,oĩa iſtuc tendentia ut ꝑ ſenſibilia ueniamus ad ĩtelligibilis & mẽtalis boni fruitionẽ,honeſte uiuẽdo,pure cõtemplãdo,& diuine amãdo,q̃ oĩa de Pythagora noſtro tanq̃ e q̊dã ingẽti cũctarũ diſciplinarũ flumine duxit. Ego uero,Marranus aiebat,ab iis q̃ mihi ordine recẽſuiſti plane in eã moueor opinionẽ q flumen illud ſuũ Pythagoras ex infinito Cabaliſtarũ pelago cuius fœlicẽ nobis Simon nauigationẽ pollicetur in agros grecoꝝ limitauit, unde noſtra tãdẽ ſtudia irrigare queamus,Ita pares mihi uident̃ eſſe inter ſe Simonis de Cabaliſtis & tui de Pythagoricis tã ſermões q̃ ſentẽtiæ. Nã qd aliud intẽdit uel Cabalęus uel Pythagoras,niſi aĩos hoĩm in deos referre, hoc eſt ad ꝑfectã beatitudinem promouere.Quę aũt alia uia q̃ ſimilis utriuſq; tradendi modus & ambobus æqua exercitatio per ſymbola & notas adagia & parœmias,ꝑ numeros & figuras,ꝑ literas ſyllabas & uerba, Sic hypſilon Pythagorę iuuẽtutis ſymbolũ extat.Sic prima ſyllaba Iliados ſignũ eſt & nota oĩm librorũ Homeri q̊t ſint numero ĩ utroq; oꝑe. Sic uerbum cãdidi ſignificat bonũ,atri malũ.Haud aliter & Simõ nr̃ primã Pentateuchi literã,& pẽtagrãmati mediã ad alias res trãſtulit, & Raham, autore Dauid Kimhi,allegorice pro Abrahã mutuat9 eſt,& cętera q̃ de ſermone ad nos habito ſatis meminim9.Sed audi q̃to clamore nos caupo ipe ad cœnaculũ uocat,heus ad epulas.Et Philola9.Eqdẽ,inqt,cupiẽter edã,qn Imus

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS LL. Doc. De Arte Cabaliſtica, Liber Tertius.

POſt ubi digreſſi lumẽq; obſcura uiciſſim Luna p̃mit ſuadẽtq; cadẽtia
ſydera ſõnos, ambo ſoluũt ĩ ſoporẽ, p̃miſſa adhortatiõe alteriꝰ erga al
terũ ne ultra primũ mane obdormiſcerẽt, exꝑgefaciẽdos igit̃ fore curarũt
Et poſtero die dũ de more ĩduũt, interea meminerũt eiꝰ diuerſorii Caupo
nis uerba lõga & uaria qͦꝰ ad heſternas epulas hoſpitibꝰ recẽſuerit fuiſſe
q̃ſdã ſupiori die a romana curia Frãcofordiã miſſas ꝓpoſitiões & cõcluſi
ones, cõtra ĩhibitionẽ ap̃licam ab Aſtaroto q̊dã fictas et cõcinnatas aduer
ſus Io. Reuchlin, propt̃ libros nõ cõburẽdos iã plus qnquẽnio crudeles ꝑ
ſecutiões ĩnocẽter ac ſi aĩo forti & ĩfracto paſſum, p̃ foribꝰ ſapiẽtię actẽ
plorũ ueſtibulis Romę affixas, & mox ĩ lutũ ſtercꝰ & cœnũ ibi ꝓiectas &
cõculcatas iuſtis ex cauſis, tũ qa p̃ter Sũmi Põtificis uolũtatẽ & abſq; reue
rẽdiſſimoꝝ iudicũ noticia corã qbꝰ ea lis poſt Aſtaroti appellationẽ hacte
nꝰ triẽnio ĩ Curia pẽderet tale facinꝰ fuiſſet attẽtatũ, tũ ꝙ uniuerſis ĩnoteſ
ceret eã cõſcriptionẽ aꝑtiſſimis ſcatere mẽdaciis. Principio nãq; polliceri
Aſtarotũ ĩ p̃ſentia Papę cõcluſiões eas fore diſputãdas, & Papã tñ nega
uiſſe ac certe ꝓhibuiſſe, qm̃ ĩ mr̃tis ęſtate ꝓxĩa publicis Romę ſeſſiõibꝰ ha
bitis ea cã plene fuiſſet diſputata & diſcuſſa corã doctiſs. mũdi luminibꝰ,
eccleſię catholicę p̃latis, archepiſcopis, epiſcopis, gñalibꝰ ordinũ, et eoꝝ ꝓ
curatoribꝰ, pœnitẽtiariis, doctoribꝰ, magno numero theologię iuriſq; ꝑi
tiſſimis uiris, q Capnionẽ eſſe abſoluẽdũ decreuiſſent. Deinde ꝙ ignomi
nioſe appellauerit Oculare ſpeculũ ſcãdala & erroneas cõtinẽtias, cũ tñ li
ber iſte ſit ꝑ apoſtolicã ſentẽtiã diffinitiue admiſſꝰ. Tũ etiã ꝙ de eodẽ libro
ita ſcripſerit, ꝙ ſit a qnq; uniuerſitatibꝰ dudũ igni addictꝰ, q̃ certe ſũt me
rę nugę, clara et cãdida mẽdacia, qa nulla in om̃i terrarũ orbe ſit aut fuerit
uniuerſitas q̃ oculare ſpeculũ cõdẽnauerit, ſed tm̃ ſingularia q̃dã capitoſa
capita, uertiginoſo cerebro heteroclita, & ſupino errore decepta, cõuẽti
culariter & cõſpiratiue cõtra iuris & iuſticię formã ĩ oculare ſpeculũ liuo
re tabuerint, & ſua, ut aiũt ſentimẽta conflauerint. Poſtremo eos aiũt q lu
to & cœno corrollaria illa ĩuoluerint & reuoluerint affirmare ſolitos, ĩ eiſ
dẽ cõſcriptiõibꝰ nihil cõtineri ab alpha ad O, q̊d nõ antea ĩ defenſiõe pub
lica Io. Reuchlin cõtra calũniatores ſuos Coloniẽſes iuſtificatũ ſolutũ & re
ſolutũ fuiſſet, q̊d lectori cuiq; lucidiꝰ ſtellis claruerit. Aſtarotũ itaq; ſemꝑ
eãdẽ cãtilenã ꝓ turpi ſua lingua canere. Hos cauponi ſermões fuiſſe cũ ho
ſpitibꝰ & cõuiuis ſuis dixerũt Philolaꝰ iunior & Marranꝰ, graue nimiũ pu
tãtes, ĩ re tã parua & puerili, tot annis tã ferociter digladiari, Et ſimul atq;
ueſtiti erant, tũ Simonis domũ uti conſtituerãt uelociter ſeſe corripuerũt.
Cũq; ĩter ſe ut ipſorũ uſꝰ ferebat amiciſſime cõſalutaſſent, Marranꝰ ſic ĩci
pit. Qꝫ nos delectauerit pridiana diſputatio tua uenerãde Simõ ĩcredibile
admodũ eſt & uix dici põt ita ſumꝰ te nobis abſente ĩpatiẽtes morę, q p̃ter
ullã erubeſcẽtiã mox atq; p̃teriit ſabbathũ tuũ ãñlucani aduenimus. Et ille.

Veneritis proſpe,iqt,amici optimi,an nō & uos hodie ferię tenēt quē diē
Soli nūcupatis. Tū Philola⁹. Pythagorica ſumꝰ turba,inqt,dies omneis fe A
ſtos agim⁹,qn̄ hilari mēte cōtēplamur,nec ſabbathū aliud qppiā cēſemus
q̄ relictis negociis ſecularib⁹ dare opam ut adhęreat̄ diuinitati. Sic em̄ no/
bis Pythagoras iuſſit,autore Laertio, ξυνῆναι δεῖ τοῖς θεοῖς.i.conuerſari opor
tet cū diis. Niſi ꝙ tu numerū uenerareris ſeptimū,ꝑcio aptiſſimū, q etiā no/
bis pythagoreis nihil rerū parit,& Minerua noīat̄. Tū Simō, Legi auſcul B
tādū eſt q̄ ſua cuiqꝫ diſtribuit & naturę ipſi pro aīa eſt,uoluit em̄ ea & uiri
bus corporū ſeruire,ſine qb⁹ nec rō ſana eſſe nec mētis lumē cōſeruari ua
lide poſſit,quapropter mediationē mēſis lunæ hoc eſt ſeptimā uitę partē C
qeſcere cōſtituit,in qua nihil agere liceat,niſi q̊d obmiſſum irrepabiliter
noceat. Eę noīantur ſi recte memini Romanis ferię ſtatiuę uniuerſi populi
cōes & faciūdis rebus diuinis cōſecratę,utqꝫ nō ſemp philoſophari Neo/
ptolem⁹ ꝑmittet ille apud Enniū,ita nō ſemp,nō oībꝰ,nō oīa de deo medi
tari uel ex vr̄is ſunt q ꝑcipiāt,ſed eſt & qn̄ & qb⁹ & q̄tū, Naziāzeno ad Eu
nomianos autore,quē aliqn̄ gręce legi uirū & doctiſſimū et eloquētiſſimū
in Achaia cū degerē. Ita nō uileſcet q̊d eſt optimū & īfinitū finite pro nr̄a
mēſura cōcipiet̄. Sex ergo dieb⁹ opamur,at ſeptimo q̊qꝫ die & corpaliter
ociamur q̄tū ꝑmittet uiuēdi neceſſitas,& mētaliter poſt uolūtatis purgati
onē diuinis ītēti ſum⁹,& feſtiuit̄ cū oī trāqllitate res ſacras laudam⁹, ſoliqꝫ
tūc deo ſeruim⁹. Huc uergit q̊d dicūt Cabalęi nr̄i שבת הוא סוד
אל חי .i. Sabbathū eſt myſteriū dei uiui,ut in Porta Lucis cap.ii. Extat
nāqꝫ ſymbolū mundi ſupioris hoc eſt Iobelei ęthernitatis,ubi ceſſat oīs la
bor, q̄re gemino dicēdi uſu legib⁹ īdicit̄ qnto deuteronomii. Obſerua diē
ſabbathi,q̊d uult ītelligi actiōibꝰ exterioribꝰ iuxta mūdū īferiorē. Et Exo
di xx. Memora diē ſabbathi ad ſanctificādū illū,uidelicet aīæ uires cōiūgē
do mēti ad cōtēplatiōis ꝑfectū iuxta mūdū ſupiorē. Agnoſcitis iā nec ꝙ
ſabbathū eſt nota diuini ſeruitii q̊ ſenſꝰ & rō abſoluūt̄ ab occupatiōibꝰ ma
terialibꝰ q̄tū ꝑmittit humana ībecillitas,& energia mētis alligat̄ occupatio
nib⁹ formalibꝰ ad cōſyderādū q̄ ſurſū ſunt. Iſtud lex uoluit ꝑ hęc duo v̄ba
īnuere שמור זכור .i.obſerua,memora,qbꝰ intelligūt ex magiſtris
nr̄is qdā p̄ceptū ſabbathi eſſe affirmatiuū & negatiuū dicētes, obſerua .i.
caue,q̊d ſemp eis uitare ſignificat,quaten⁹ nos arceat ab oī q̊d ſanctitati cō
trariū eſt. Alii obſerua explanant cuſtodi,ut nocti cuſtodiā attribuāt,& re
cordationē diei,ac illud haud oblique ad Cabaliſtarū q̄drat fundamētū,q
hūc mūdū eſſe noctē & mūdū uēturū.i.ſupiorē ac ītellectualē eſſe diē pu
tāt,hic ſeruos degere,iſtic uiuere liberos,his dicēdū caue cuſtodi obſerua,
illis reminiſcere recordare memēto,qm̄ hęc uox זכור .i.reminiſcere cō
tinēs p̄ceptū affirmatiuū ꝑcedit ex amore,uerbū uero caue p̄ceptū nega
tiuū īplet̄ ex timore,liberorū aūt eſt amor,ſeruorū timor,ita oīm p̄cepto
rū reputamus alterū altero nobiliꝰ. Ferme in hāc ſentētiā lōgiore tractatu

Moyſes Gerūdēſis ī Exodo ſcripſit,qbꝰ duo eſſe ſabbatha recipimꝰ ducti
ſcripturę teſtimonio Ezechielis xx.Sabbatha mea dedi eis.Nā pluralis lo
cutio duorū numero cōtēta eſt,qppe non ſolū ut gñaliter uno uocabulo
ſingulas feriarū ſpēs ī lege numeratas deꝰ exprobrare nobis uoluerit,quē
admodū Dauid Kimhi & Thalmudici opinant̄,uerū etiā ut peculiari hoc
noīe datū,optimū & donū pfectū a deo nobis cōceſſum,q̊d Iobeleū ſupiꝰ
D ap,pellamꝰ,memori ſemp mente, cōplectamur. De q̄ Porta lucis ſic זך
היא שביעית עליונה שנקראת יובל: .i.hęc eſt heb
domada ſupna q̄ uocat̄ Iobeleꝰ. Vñ oīs remiſſio ꝓpiciatio & īfuſio grę de
ſcēdit quā ſatis nemo eloq ualeat,cū nec oculꝰ qdē uidit unq̄ o deꝰ pter te.
Eſt em̄ שבת שבתון ſabbathū qetis & ſabbathū ſabbathorū q̊ aīę
humanę oēs purę reiecta labe tādē redibūt libere ad hæreditatē patrū &
mittēt̄ ī poſſeſſionē uere noſtrā atq; ꝓpriā quā acqſiuimꝰ & retinemꝰ p
aīam Meſſihę de tribu Iuda ſeptimi ab Abrahā pr̄iarchę ꝓcuratorio noīe
in orizōte mūdi ſupſupmi iuxta ſcripturā.Et ſupra Iubileū mittet radices
ſuas.Ieremię xvii.Quę īterp̄tat̄ Cabaliſta ille p̄ſtātiſſimꝰ Sopher Ama in
libro חרזים .i.recōditorū,pſalmi undeuigeſimi ſuper uerſu Dies diei.
ר"ל איש אל משפחתו ואל נחלת אבותיו
ישוב כלומר שיתעלו בכתות אל מקום
אצילותו שהוא פלג אלהים מלא מים: .i. Vult dice
re unuſqſq; ad familiā ſuā & ad hæreditatē patrū ſuorū reuertet̄,quaſi di
ceret,ꝙ aſcēdēt p angelos ad locū deſtinatiōis ſuę q̊d eſt flumē dei repletū
aqs.Hęc Rabi Ama,& ſunt aquæ q̄ ſupra cœlos ſūt in mūdo intelligibili
שהוציא מרוח הקדוש ubi obſeruātes ſabhathū fruūt̄ & ci
bāt̄ hęreditate Iacob pr̄is eorū,ut dixit Iſaias.Sane illud ip̄m qdē eſt ſabba
thū Cabaliſtarū oī tp̄e ſanctificādū, ī q̊ nō carnis ſed aīę ſeqmur uolūtatē
& meditamur diuina,nihil cōtra deū intēdētes,q̊d pro lege oībꝰ gētibꝰ ex
tat,qm̄ ex ipſa natura pullulauit. Vos em̄ qbꝰ lex Moyſi lata nō eſt,Iudęo
rū cerimonię haud aſtringūt ut numero ſeruiatis,q̊d & Iarchas quōdā re
cte Apollonio negauit.Nec a uobis numerū extorq̄bo,ſed qetū & trāql
lū aīum poſco,ſoli deo diuiniſq; deditū,q maxīe in anagogica ſpeculatiōe
cōſiſtit,uti eſt iſta īter nos diſputatio a uobis tātope deſyderata. Tū Mar
ranꝰ.Oīno pficiēdū eſt,inqt,nā cœpiſti Cabalā uenuſte admodū tractare
q iā nobis pluſq̄ clare oſtēderis nō tm̄ poſſe nos hodie uerū etiā debere
de altiſſimis rebus diſſertare.Id tu nōne mecū poſtulas Philolaeꝰ Acille,
E Certe qdē.Em̄uero nūc eiꝰ diſciplinę ītrauimꝰ nauim,& mox ī ipſa prora
ſentimus,Cabalā aliud nihil eſſe niſi (ut Pythagorice loquar) ſymbolicā
theologiā,ī qua nō mō lr̄æ ac noīa ſūt rerū ſigna,uerū res etiā rerū. Quo
aīaduertimꝰ Pythagorę philoſophiā ferè oēm eſſe a Cabalęis ortā,q pari
modo ſymbolicum tradendi morem ad græcos tranſtulit,qn egoipſe q̊q;

cum ſodali hoc meo te uehementer oro ut dicẽdo ac potius docẽdo ꝑgas. Tum Simon. Non mihi tm̃ iactantiæ uſurpauerim, ut docere uos audeã, nec bene tutum fuerit in re tam perplexa, nondũ extraneis cognita, ꝓſertim romane doctis, ꝓter admodum pauca quæ annis ſuꝑioribus Ioannes Picus Mirandulæ Comes, & Paulus Ricius q̃ndam noſter ediderunt, etiã uſq; ad hodiernum latinis non ſatis intellecta. Vereor em̃ ſi docerem tam peregrina dogmata, ne mihi haud ſecus atq; multis ante bonis contigit uiris, inuidorum turba ignominioſe obſtrepat, qui omne q̃d neſciunt ĩprobant, & facile malignandi ſtudio uerba in alienum ſenſum detorquent cõtra loquentis uoluntatẽ, q̃s Cicero calumniatores uocat, ego ſi dici grãmatice liceat calumnienſes appellauero, q̃m uos ipſi æque meos Theologiſtas Phariſęenſes noĩare cõſueuiſtis. Sed palam teſtor utrũq; ueſtrum me nihil docere uelle, dicere aũt magis & recenſere, ſi q̃d apud Cabaliſtas legerim q̃d uobis haud diſplicere putem. Exequar igitur primum, q̃d illi ultimum intẽdunt, nam omne ſtudiũ ſuum & uniuerſam opam uni huic propoſito impendere curãt, ut in hac uita fœlicitatẽ & futuri ſęculi ꝓ captu q̃q; ſuo ꝑpetuam beatitudinẽ conſequant̃. Quod maxime oĩum hoc medio fieri poſſe confidunt, ſi tandem aliq̃n id q̃d ſibi ſentiũt pro utriuſq; mundi ſtatu eſſe optimũ ſedulo & gnauiter ap̄phendant, cuius poſſeſſio adeptis iucunda & ꝑfecta ſit quies, nimirum cum etiam quęq; alioquin aĩalia q̃tumuis bruta fœlicitatẽ ſuam geſtire tum uiſa ſint cum q̃ optima ſibi exiſtimant iis fruant̃, & ad ea ꝑtingant quæ cupiditati ſuæ afferunt ſatietatẽ. Cernitis bouẽ depaſcere floridum aliq̃d & uiride pratum, non q̃dem totũ ſed deliberata electione nunc hanc inq̃rere herbam nunc illam. Subitoq; aliam q̃dem facile relinquere, aliã aũt prorſus obmittere, donec ad conſentaneum & ueſcum ſibi alimentũ ꝑueniat q̃ cõſiſtat & requieſcat. Hoc modo Cabaliſtę poſt campos ſcientiarũ latiſſimos, & prata cõtemplationum oĩ amœnitate ornata multas & uarias qualitercunq; olẽtes herbas deguſtant, ut demum toto gramine ꝑluſtrato illud diuinũ Moly reperiant, cui⁹ quanq̃ radix nigreſcit, tñ flos Homeri opinione albus enitet lacti ſimilis, q̃ inuento cunctas repuliſſe miſerias uident̃, appetitus ſui finẽ in hoc mũdo G
conſecuti fœlicem. Virtus uero Moly eſt, opa difficilia radix, flos animorꝝ trãquillitas, hoc omne niſi ꝑſentis ſeculi uera fœlicitas eſſe aliud nihil ne credi q̃dem poſſit. Futuri aũt beatitudo eſt ap̄phenſio ſummi boni, ſupra q̃d nullum bonũ, & a q̃ eſt oĩs bonitas, q̃d a nulla mera creatura comp̄hẽditur. Sed tum ap̄phendi aſſerit̃ cum pro cuiuſq; captu proxime accedit̃, H
ut ſi q̃s fimbriã ueſtimenti ap̄phendat, hoĩem indutũ ap̄phendiſſe dicat̃. Ad illud bonum q̃d deus noĩatur non plane a nobis poterit ob noſtrę cõditionis fragilitatem niſi gradibus atq; ſcalis aſcendi, q̃ q̃dem ut uos loqui cõſueuiſtis inſtar Homericæ catenæ, ut uero Iudæi nos ſecũdũ diuina eloquia dicim⁹ certe ad ſpeciẽ ſcalæ Iacob patris noſtri de ſuꝑcœleſtibus por

riguntur in terram,tanq̃ reſtis quædam aut funis aurea cœlitus ad nos di
recta,ueluti linea uiſualis uarias penetrans naturas.Aſpicitis nanq; ſolem
cuius radius ad uiſum noſtrum proficiſcit̃ ꝑ orbem Veneris,ꝑ orbẽ Mer
curii,per orbem Lunæ,per orbem ignis,per orbem aeris,& tangit corpꝰ
opacum ſpeculi concaui,reflectitq; inde ad ſtupam aut lanam aridã quam
ſplendore ſuo incendit uehementer uſq; in cineres,eiuſdem uero flammæ
ſpecies ad oculos peruenit noſtros,& a ſenſatione interiori ſuſcipitur,ſu
ſcepta iudicatur ab æſtimatione,tandem diſcurrit̃ a ratione redeundo uiã
qua p̃ſens operatio oĩs eſt progreſſa,tum hæc prudenter nobis oſtendit
q̊nam modo formæ interiores deferant̃ per ſpiritus animales ad imagina
tionem & æſtimationis iudicium,q̊ etiam modo externæ ab intraneis reci
piantur,q̊ item a flamma ſpecies in perſpicuo uſq; ad pupillã intendãtur,
qua uia ex incẽdio ſpeculi cõcaui orta ſit flãma,& q̃modo radius incẽdere
potuerit,q̊ deniq; modo ꝑ multa media ſibi non connaturalia continuet̃
ſplendor,qua rurſus ſit proportiõe comꝑandus aer ad ignẽ,ignis ad ſphę
rã lunæ,& reliqui orbes ad reliq̊s.Singula hæc ratio noſtra diſputat per
iter compoſitionis & reſolutionis ultro citro ſuſq; deq; gradiẽs,& modo
hæc modo illa cogitans,neq; ceſſat ratiocinari uſq; dum ꝑ phantaſma effi
giem,intentiones ſplendorẽ lumen lucem luminare ſcilicet ad ipſum de q̊
loqmur ſolem reuerterit.In primis imaginem lucidã agnoſcit,deinde iudi
cat ipſam eſſe propriã illius flammę ſtupeę quã pridẽ oculi uiderant,tum
ꝙ intentio eius a re uiſa ꝑ diaphanon ad oculũ foris producta etiã intra
fuerit recepta.ꝙ item ſtupa ſit terreſtris,ꝙ ſplendor ſit aereus,ꝙ flãma
ignea,ꝙ candor accidens diaphano inhærens,ꝙ tranſeat ꝑ lucidum atq;
ꝑſpicuum,ſiue aer illud ſit ſeu ignis aut cœleſte aliqd,ſecundũ formę ſub
ſtãtialis energiam & oꝑationem peculiarẽ,deinde meditata ſua nobiliori
cuiq; ſemꝑ accommodãs,relicta materia ſecũ de forma diſputare incipit,
non iam artificiali ut cuius ſcrutiniũ huc non attineat q̃ rectius figura no-
minetur q̃ forma,ſed naturali tm̃ aut ſuꝑiore.Pergit itaq; ratio & forma-
rum aliquas reperit eſſe particulares nunc & hic,reliquas uero uniuerſa-
les ſemꝑ & ubiq;,tum ex particularibus quaſdam corꝑibus inexiſtentes
q̄bus dent ut ſint,alias aũt formas coaſſiſtẽtes q̄bus p̃ſtent ut ſic ſint,alias
oĩno ſeparatas a corporeis eſſentia uirtute ac oꝑatiõe,q̃ tñ iccirco nomẽ
qñq; formæ amittunt,atq; uel dii,uel angeli,uel intelligentiæ,uel animi
beati,uel mentes,aut alio q̊libet uocantur noĩe.Quæcũq; aũt ſunt uniuer
ſales eæ non ultra formæ ſed Ideæ ſiue ſpecies dicuntur a multis q perq̄
proprie loqui didicerunt.Sic ratio ſane tantiſper aſcendet dum poterit,cũ
aũt ita fuerit diſcurrendo extenuata ut formas q̃ corꝑibus nec inſunt nec
aſſunt tãq̃ naturæ nõ ſubiectas cõphẽdere neq̃at,mox ſubſidiariũ accerſit
intellectũ q plane ut hãc materiã abſtrahit ab hac forma ceu aſini cuiuſdã

in agro

in agro ſepulti, quam natura induit graminis forma ex cadauere illo flore
ſcente, ita rurſus formam q̊q; ſimpliciter a materia conatur abſtrahere, id
uero experitur arduū eſſe ac laboris plenū, facile em̄ eſt abſtrahere mate
riam a forma, ſed formā abſtrahere a materia difficile, quapropter intelle
ctus ille purgatiorem ſe eleuat, ut menti occaſionē in ſe influendi præbeat
cuius claritate fretus formas agnoſcit nonnullas eſſe penitus a corporeis
eſſentia uirtute ac oꝑatione abſolutas, & ob id neq; loco neq; tp̄e conclu
ſas, quo uere oporteat eas arbitrari ſupra cœlos eſſe, ubi ceſſat motus &
tempus. Hinc uolūtatem noſtrā inſtruit ut eſſe quędā credat extra cœlos
entia optimā uitam ducentia qua toto æuo fruantur, ibiq; illum ſecūdum
inchoare mundū, luminibus uiuis & mētibus puriſſimis offertiſſimū, quē
poſſit intrare animus humanus fortiter contēplando, certe multo potius
q̄ oculus corporeus tranſcēdere orbem ſolis acute uidendo. Vtq; ſolem
non aſpicimus niſi ſol nos reſpiciat, ita mundum ſupiorem uidere neqm⁹
niſi & ille nos uideat, eſt em̄ totus oculus ipſe q̊q; ſole clarior, Solem aūt
cōp̄hendimus per lumen ſolare, ita diuina cōp̄hendimus per lumē di
uinum, & q uiſu corporeo poſſumus non ſolum orbē ſolis, uerum etiā ſu-
periores ſtellas & ſummū cœli capere, cur non poſſet mens noſtra q̄ uirtu
tem corporeā modo q̊dam infinite p̄cellit altius ſuſpicere ac mundi arche
typi cōtenta uidere, cum tanta propinquitate concauū & conuexū ſup̄mi
cœli uniantur, a q̄ conuexo æthernitatis orizon nihil diſtare uideatˀ. Intue
mur itaq; (mihi credite) alterius mundi diuina mutuo, & illa nos uiciſſim
intuentur, ueluti duo directe oppoſiti oculi ꝑ unicā lineam uiſualem reci-
proce circūacti. Tum Philolaus. Oīa, inquit, quæ doces Simon Pythago
rica ſunt & Italicæ philoſophiæ propria quā inter nos heri diſcuſſimus pa
rumper ego & Marranus mecū. Ad hęc ille. Vos eqdem qd appellare du
xeritis pythagoricū ignoro, at hoc ſcio hæc eſſe Cabaliſtica q̄ hacten⁹ pro
poſui, a priſcis Cabalæis tradita, & oīa lege diuina Hebræorū complexa.
Hinc naſcitur illa enumeratio quinquaginta portarum intelligentię circa
quas tantoꝑe Cabaliſtarū ſtudia deſudāt, diuinitus a Moyſe dei ſeruo re
ceptarum, quarū cognitionē ipſe q̊q; poſteris nobis tradidit uniuerſitatis
conditionē explicantium וכבר אמרו רבותינו חמשים
שערי בינה נבראו בעולם וכלן נמסרו למשה
חוץ מאחד שנא ותחסרהו מעט מאלהים:
.i. Iamq; dixerunt Magiſtri noſtri quinquaginta portæ intelligentiæ pro
ductæ ſunt in mundo, & oēs illæ traditę ſunt Moyſi p̄terq̄ una, quia dictū
eſt, minuiſti eū paulominus a diis. Sup̄ iſto Cabaliſtarū ſermōe dixit Ram
ban in Geneſeos exordio, ꝙ eiuſcemodi omne Moyſi traditū per portas
intelligentiæ, contentum eſt in lege diuina Iudęorum, uel ſenſu literali uel

allegorico,per dictiones,uel arithmeticas ſupputationes,uel geometricas
literarum figuras ſiue deſcriptas ſeu tranſmutatas,uel harmonię conſonā
tias ex formis characterū,coniunctionibus,ſeparationibus, tortuoſitate,
directione,defectu,ſupabundantia,minoritate,maioritate, coronatione,
clauſura,apertura & ordine reſultātes.Et per illam q̄cq̧ legem a diuino ſpi
ritu adeptus eſt Salomon rex ſapiētiſſimus omne q̄d nouerat de q̄ ſcriptū
eſt in libro Regum q̧ deus ei dederit ſapientiā & prudentiā multam nimis
quaſi arenam in litore maris & creuerat ſapiētia Salomonis ſup ſapientiā
oīm orientaliū & ægyptiorū,& erat ſapientior cunctis hoībus, & diſputa
uit ſup lignis a cedro q̄ eſt in libano uſq̧ ad hyſſopum q̄ egreditur de pa
riete,& diſſeruit de iumētis & uolucribus,& reptilibus,& piſcibus, ultra
hæc confirmat noſtrā ſentētiam Gerūden,ſis & concludit ita וכל זה
ידע בתורה והכל מצא בה בפירושיה
בדקדוקיה באותיותיה ובקוציה : .i.Oīa hęc cognouit
per legem & oīa inuenit in ea per expoſitiones ſuas,per grammaticas ſub
tilitates & per literas eius,& p̱ calamiſtrationes illius.Contigit aūt ei hoc,
poſtq̄ ad plenū fuiſſet duodeqnquaginta portarū intelligentiæ rationē
conſecutus,q̄ aperiunt oīm creaturarum cognitionē.Sunt em̄ cunctæ res
uniuerſaliter in quinas conditiones diſtributæ.Nam aut elemēta ſunt,aut
elementata,aut animę,aut cœleſtia corpa,aut ſupcœleſtia incorporea.Ho
rum fortaſſe q̄dlibet decem recipit conſyderationes quarū capitula ſunt
q̄ ſequunt̄.Genera generaliſſima,genera ſpecialia, ſpecies generales, ſpe
cies ſpecialiſſimæ,res indiuiduæ, q̄ ulterius cōſtant materia & forma,uel
qbuſdam utriq̧ proportionalibus,contrahunturq̧ ſingulariter differen
tiis,proprietatibus & accidentiis.Decem hi tam eſſentiarū q̄ intelligentia
rum modi per quinq̧ multiplicati qnquaginta ianuas aperiunt per quas
intramus in creaturarum penetralia illa eminentibus notis in opibus ſex
dierum deſignata,& a Cabaliſtis ſtudioſe dep̄henſa receptaq̧.Iam iſto ar
tificio ænigmaticus ſcrupus a Comite Mirandulano inter noningētas cō
cluſiōes ſuas propoſitus,facile in enodem ſcirpū explanabitur. Aiebat em̄
ſic.Qui ſciuerit qd ſit denarius in arithmetica formali,& cognouerit natu
ram primi numeri ſphærici ſciet ſecretū quinquaginta portarū intelligen
tiæ,& magni Iobelei,& milleſimę gn̄ationis,& regnū oīm ſeculorum,hęc
Mirandulanus.Ducatur itaq̧ uelim ſphæra plana ſiue circulus decē figu
rarum numeraliū ſuper cētrum q̄d ſit quinq̧,eſt em̄ mediū denarii & in
eius circūferentia particulariter,denarię ſupputationis numeri ſinguli de
ſcribantur,trāſeatq̧ diameter a minimo ad maximū,hoc eſt ab uno ad no
uem,cuius diuiſio duos ſemicirculos efficiet,a parte ſiqdem dextra ſphæ
ræ,poſt unum & ante nouē ſuperiꝰ commemorata ponātur duo tria qua
tuor quinq̧,a parte aūt ſiniſtra poſt unum & ante nouem reponant̄ qnq̧
ſex ſeptem

ſex ſeptem octo,& trahantur lineæ per centrum a duobus ad octo,a trib⁹
ad ſeptem,a quatuor ad ſex,a quinq; ad quinq;.Tum ſi maximo cuiq; tm̃
ſubtraxeris q̃tum abundat ſupra quinq;,q̃d eſt ſphærę denarię centrum,
atq; idem ſuo minimo addideris qui a quinq; defecit, ſemꝑ ex utriſq; op
poſitis numeris quinq; & quinq; adæquata ſurgent,quare cõparatis inui
cem linearũ punctis quælibet lineæ deſcriptio numeralis,quinq; & q̃nq;
obtinet. Quinarius igitur numerus in circulo denariæ reuolutionis dicit̃
ſphæricus,quia,ut uidiſtis,oẽs numeri ſphærę ad quinq; redigũtur,id aũt
fit per quinq; lineas in ſphæra ductas quarũ ſingulæ decem continẽt. Eo
itaq; ſpherico numero per decem multiplicato naſcẽt quinquaginta ſiue
portæ intelligentię ſeu anni Iobelei,cuius proportio dupla q̃ eſt arithme
tica formalitas,in ſe multiplicata,milleſimã gñationem procreabit, q̃d ſi
ꝑpetuo ſic facies,apparebit infinitudo, q̃ eſt regnum oĩm ſeculorũ a Ca
baliſtis Enſoph noĩatũ,& eſt deitas ipſa ſine indumento. Reliqua em̃ de
us produxit amictus lumine ſicut ueſtimento ut eſſet lumen de lumine,ac
inde cum ueſtimenti ſui lumine creauit mundũ intelligibilẽ ſpirituũ ſepa
ratorum & inuiſibiliũ,q̃d Cabaliſtæ uocant cœlum ut ex me ſæpius acce-
piſtis.Ad hunc modũ intelligo uerba ſapientiſſimi & maximi Rabi Eliæ
zer,q cũ iſtam propoſuiſſet quæſtionẽ,unde creatũ ſit cœlũ reſpõdit,
מאור לבושו לקח .i.de lumine ueſtimẽti ſui ſumpſit. Recitant̃
hæc a Moyſe Maimoni oſtenſore ꝑplexorum in xxvi.cap.libri ſecũdi,et a
Rabi Ioſeph iuniore Caſtilienſi,ciue Salemitano in Horti nucis uolumine
ſecũdo,Vſq; huc aſcẽdit Moyſes dei ſeru⁹,ut cognoſceret lumẽ ueſtimẽti
eius,& ſabbathũ ſabbatborũ,& Iobeleum ſuꝑius,& milleſimã gñationẽ,
q̃d totum nil aliud eſt q̃ mundus ſuꝑior Idearum,angelorũ,fœlicium ani
morum.Igitur cum indumentũ dei tranſcendere ac faciẽ eius uidere neq-
uerit,recte dicetur ex quinquaginta portis intelligentię una caruiſſe,quã
aliq̃ noſtrum fuiſſe opinantur תחיית .i.uiuificationẽ,tñ iis haud aſſen
tior,magis uero eſſe puto dei eſſentiã quam ſymbolũ indicat tetragrãma-
ton,& eſt mundus incomꝑabilis nulla compħenſibilis proportione.Dixit
nanq; Moyſi deus.Faciem meam uidere non poteris.Seu uerius ſic. Et fa-
cies meę non uidebuntur,ſed uocabo nomẽ tetragrãmatõ corã te xxxiii.
Exodi, q̃d explanãt Cabaliſtę שאקרא לפניך השם
הגדול שלא תוכל לראותו: .i. Vocabo coram te nomẽ
illud magnum quod non poteris uidere, ita em̃ Ramban Nehmani ſcri-
bit. Quo plane apparet deum iuxta ipſum eſſe ſuum tetragrammaton, a
Moyſe non fuiſſe uiſum.Hoc ſane portarũ eſt oĩm principiũ ſupra omnẽ
creaturam ante creationis exordium,de q̃ legitur Creauit deus cœlum &
terram.Et chaldaica Onkeli tranſlatio ſonat ita.Creauit tetragrammatus
cœlum & terrã.Deus ergo tetragrãmatus creauit oĩa,quem uos Tetra-
ctyn nominare audiui.Dixit autem Rabi Eliezer ut in capitulis eius extat.

עד שלא נברא העולם היה הקבה ושמו בלבד .i. Vſq; quo non fuit creatus mundus, fuit deus & nomẽ eius ſolummodo. Alii q̊q; Cabaliſtę aſſerũt teſtimonio Moyſi ęgyptii capite xxix. libri ſecũdi ꝑplexorũ ſic תחלה שלא היה שום דבר נמצא בלל אלא השם וחכמתו: .i. Ab initio cum nõ eſſet ulla res erat penitus niſi nomen dei & ſapientia eius. Ergo anteq; eſſet creatura res quicq̃ iuxta Cabalæ doctrinam, nihil erat niſi deus, & nomen eius tetragrammaton, & ſapientia eius. Sola certe tria hæc receptio noſtra continet quæ prima creationis porta magiſtro noſtro Moyſi nequaq̃ fuit aperta. Quare dicitur legẽ diuinã ꝑueſtigaſſe tm̃modo per nouem & quadraginta portas. Ioſue aũt denuo una minus ſcilicet per octo & quadraginta. Sic em̃ in libro explanationũ alphabeti a Rabi Akiba recepimus ואחר מיתתו של משה נתעלם מיהושע שער אחד ונשתארו מח שערים ושלמה נתקשה על אותו שער להחזירו ולא היה יכול: .i. Et poſt mortem Moyſi abſcondita fuit de Ioſue porta una & relictæ fuerunt quadraginta octo portæ, & Salomon laborauit ſup illa porta ad reducendũ eam ſed non erat potens. Hoc ita receperunt Cabaliſtæ qm̃ de Moyſe ſcriptũ eſt xxxiiii. Deuteronomii. Non ſurrexit propheta ultra in Iſrael ſicut Moyſes. Non igitur Ioſue ualuit tm̃ aſcendere quantũ Moyſes aſcẽderat, iccirco haud ab re affirmatur uno fuiſſe gradu inferior. De Salomone aũt Ecclefiaſtis xii. legitur ꝙ quæſiuerit ut inueniret res beneplaciti, ſed addunt Cabaliſtę deũ ei p̃cepiſſe ſic. Scribas recte uerba ueritatis, ea eſſe dicimus tradita & recepta ꝑ uiam Cabalæ, quatenus aliud cõſcribere non auderet niſi quod recepiſſet, idq; fuit duobus gradibus inferius q̃ Moyſi receptio. Poſt deum porta ſecunda eſt mundus archetypus, & dicitur Cœlũ a deo tetragrãmato in ſapientia creatũ iuxta Thargũ Hieroſolymitanũ q̊d loco בראשית .i. in principio poſuit בחכמתא .i. in ſapiẽtia, quippe confirmans q̃ diximus, ꝙ in ſapientia creauit deus Tetragrammatus cœlum, cõclaue angelorũ, de q̊ plane nihil a Moyſe fuit expoſitum, ne rudi et agreſti populo uel non intellecta uileſcerent, uel idololatriæ p̃berẽt occaſionem. At uiſibilis iſte mũdus terra intelligitur, quẽ inter portas tertiam eſſe affirmamus. Per inane aũt ſymbolice notari materiã putabimus, portam intelligentiæ quartã. Per uacuũ hoc eſt priuationẽ, quintã. Eſt & ſexta horum appetitus naturalis abyſſus. Deinceps pro qbuſuis ſex dierũ opib⁹ reliquæ portæ ſequuntur. Iam em̃ quatuor elementorũ ſignacula portas quatuor indicant, purum nanq; elementũ ignis ſecundũ Moyſen ęgyptiũ libri Perplexorũ ſecundi capite xxvi. tenebræ nuncupat̃, ſpiritus aer, aqua humor elementaris, lux forma ſubſtantialis, dies, accidentia q̃ maxime nobis conferunt ad cognoſcendũ ꝙ qd eſt. Nox ſunt proprietates occultæ,

Veſper corruptionis uia, Mane gnationis, Dies unus, qui certa ratiõe nõ
dies primus noĩatur, ſed dies unus, ſignificat compoſitũ in lucem editum.
Die ſecundo, aquæ ſupra firmamentũ ſunt ſpecies rerũ uniuerſales. Fir-
mamentũ orizon æthernitatis & tpis. Aquę ſub firmamento influẽtię cœ
leſtium corporũ naturales. Die tertio ſeqtur aliqd cœlum uiſibile ac ma-
teriale, porta ſcilicet undeuigeſima. inde terra quã terimus, deinde maria
q̃ nauigam⁹, ſic herbæ, ſemina, ligna, fructus. Quarto aũt luminaria, ſigna
tempora, dies, anni, ſplendor, ſol, luna, qbus planetis cæteri cõicatione ca
loris & frigoris, ſiccitatis & humoris cõphendunt. Calet & ſiccat Satur
nus Mars ac Iupiter cũ ſuo Sole, humectat & infrigidat Mercuri⁹ ac Ve
nus cum ſua Luna etiã ſi ſeptẽ hæ ſphæræ diſtinguant ſpecifice. Deſignãt
pterea portam reliquæ ſtellæ nonã & trigeſimã, tum die quinti prodeũt
animæ uiuentes q̃ eſt uita mortaliũ, & in aquis reptilia & cete & piſces, &
generatim uolatilia, & particulariter aues. Sexto aĩal progreſſiuũ in terra,
& reptile terreſtre, & iumẽta, & beſtiæ. Tandẽ porta qnquageſima q̃ eſt
homo. Hi ſunt quadraginta nouem creaturarum cognoſcẽdarum modi
שערי בינה & ſupma porta unus creator omniũ a nullo hoĩe niſi a
Meſſiha plane cognitus, qm̃ ipſe eſt lux dei & lux gẽtiũ, ideoq; & cogno
ſcit deũ & deus cognoſcit p eũ. Regius em̃ propheta Dauid ad deum ſic
exclamat. Mitte lucẽ tuã, q̊d interptat Rabi Salomon Gallus המשיח
שנדמה לאור שנ׳ ערכתי נר למשיחי .i. Meſſihã
q comparatur luci, qa ſcriptum eſt. Paraui lucernã chriſto meo. Et Iſaias ait
Dedi te in fœdus populi in lucem gentiũ. Et rurſus. Ambulabunt gẽtes in
lumine tuo. Scripſit aũt Ariſtoteles id q̊d eſſe uerũ arbitror uiſionẽ fieri
non poſſe, niſi cũ lumine, ut legit in lib. de aĩa οὐχ᾽ ὁρατὸν ἄνευ φωτός .i. nil ui
ſibile ſine luce. Quapropter ambulãtibus nobis ad rerũ oĩm inſpectionẽ
conducit admodum itineri adhibere lumẽ, ut uiam qua poſſimus abſq; pe
dum læſione proficiſci matura cum prouidentia eligamus. Ad q̊d recepe-
runt Cabaliſtæ tramites q̊ſdam luminoſos & illuſtria experimenta q̃ no-
minarunt לב נתיבות החכמה .i. triginta duas ſemitas ſapiẽ
tiæ quarum meminit Abraham in libro de creatione quem ſic incipit,
בשלשים ושתים נתיבות פלאות חכמה חקק
יה יהוה צבאות שמו׳ .i. Triginta & duabus ſemitis mirabi
libus ſapientiæ excuſſit ſeu exculpſit deus Tetragrammatõ Zabaoth no
men ſuum. Sup q̊ ſcripſit Rabi Iacob Cohen, q̄ dicit mirabilibus eo ſigni-
ficat has ſemitas eſſe arcanas reconditas & occultas, hanc ſuã interptatio
nem confirmando p Thargum. Et cõmentator Rab Iſhac in eundẽ librũ
יצירה teſtatur, q̄ priſci ſapiẽtes uiri cordati mites & recti p fundamẽ
ta legis in Cabala plurimũ exercitati docuerunt nos q̄ maiores noſtri &
patres ambulauerunt p uias multas ut tandem ſtarent in ſemitis iſtis quę

dicuntur admiranda ſapientiæ, tradita ꝑ Zadkiel Abrahę patri noſtro in traditione fœderis, hęc ille. Recenſebo itaqꝫ uobis auditores optimi ſi modo dignũ aliq̄d exiſtimatione ueſtra iudicabitis. Et Philolaus. Perge obſecro, & Marranus ĩmo cõfeſtim exorſa ꝑtexe obteſtor ambo inquiũt. Tũ ille triginta duæ ait ſemitę a ſummo culmine ad ima baſis tẽdũt, hoc modo notandę quarũ prima eſt שכל מופלא .i. intelligentia miraculoſa, ſic a ꝗbuſdam dicta, ſed rectius multo noĩabitur Intelligentia occulta. Nam Rabi Salomõ Gallus in libro Deuteronomii cap.xxx. probat hoc uerbum מופלא ſignificare מכוסה in uerſu, qm̃ mandatũ hoc q̊d ego p̃cipio tibi hodie non ſupra te eſt, ubi docet legendum eſſe non occultatum a te eſt, idqꝫ per chaldaicas tranſlationes illic citatas. Eſt aũt lumen dans intelligere p̃cedentia ſine principio, noĩaturqꝫ gloria prima, qm̃ nulla creaturarum mera eſſentię ac ueritati eius ualet appropinquare. Secũda שכל מקודש .i. Intelligentia ſanctificans, eſt fundamentũ ſapiẽtiæ æthernę, q̃ uocať fides, & nominať parens fidei, eo ꝙ de eiꝰ uirtute fides infunditur. Tertia שכל שלם .i. Intelligentia abſoluta, eſt intẽtio principiorum q̃ nõ radicauit ad reducẽdum ſibi aliqua in penetralia maieſtatis ſuę quę infundanť ab anteriore. Quarta שכל טהור .i. Intelligentia munda purificat numeratiões Cabaliſticas & figurationẽ earũ emẽdat, diſponitqꝫ terminos & extremitates ſuas ut ſint abſqꝫ detruncatione aut diſperſione. Quinta שכל מזהיר .i. Intelligentia fulgida dicitur a Cabaliſtis gloria ſecunda. Sexta שכל מתנוצץ .i. Intelligentia reſplendens, ſedet ſuper throno ſplẽdoris, & illuſtrat fulgorem luminariũ, & infundit influxum ſuum p̃fecto ſuꝑficierũ & eminentiarũ. Septima שכל מנהיג .i. Intelligẽtia inductiua, eſt ip̃e thronꝰ gloriæ, perficitqꝫ ueritatem comunicationum ſpiritualium. Octaua שכל נשרש .i. Intelligentia radicata, q̃ conueniens unio dicitur, & eſt proprium ipſius prudentiæ q̃ infunditur a ſapiẽtia ſuperiore. Nona שכל נצחי .i. Intelligentia triũphalis uel ætherna, uocať paradiſus uoluptatis paratus ſanctis. Decima שכל התרגש .i. Intelligẽtia diſpoſitiua, aptat ſanctis in fide apparatum ut induãť ſpiritu ſancto, & eſt illud q̊d uocatur Thiphereth ĩ ſtatu ſuꝑnorum, Vndecima שכל בהיר .i. Intelligentia claritatis, eſt ſpecies ipſa magnificẽtię dicta תוחזית qm̃ ex ea oriť uiſio uatibus uiſionẽ uidentibus. Duodecima שכל קבוע .i. Intelligẽtia notata, inſignis raptus, a qua defluunt uirtutes ſpirituales inſtar infuſiõis unius ab altera ſecundum primi influẽtis energiã. Tredecima שכל נסתר .i. Intelligentia recondita, illuſtrat ſolum potentias taliũ intellectuũ q per cogitationem fidei creditæ uideť. Quartadecima שכל מאיר .i. Intelligentia illuminans, quę eſt ipſe Haſmal angelus Ezechielis, quaſi ſpecies electri, inſtitutor arcanorũ, aĩalium ſanctuarii, &

intentionum

intentionum eorum. Quintadecima שכל מצוחצח id eſt Intel-
ligentia ſubtiliata, diſponit ordinẽ quo conceditur acceſſus per gradus
aſcenſionis. Sextadecima שכל נאמן id eſt Intelligentia fidelis, qua
augent̃ uirtutes gratificatæ iuxta uitas eorum in quibus habitant. Septi
madecima שכל נסיון id eſt Intelligentia probatoria, eſt tẽtatio &
probatio antecedens in qua conſiſtit donũ dei benedicti erga om̃es ſan
ctos eius. Octauadecima שכל קיום id eſt Intelligentia confirmans
eſt uirtus reſtaurans in numeratiõibus Cabaliſticis, ſi quid illis deſit, ue-
ſtiendo eas de ſpiritu ſanctitatis ſuæ. Nonadecima שכל הרצון id
eſt Intelligentia uoluntatis prouidet omnibus creatis, & per eam cogno
ſcũt Cabaliſtę ueritatẽ ſapiẽtiæ ſupioris. Vigeſima שכל מעמיד
id eſt Intelligentia conſtituens, facit ſtare ipſam creationẽ in caligine mun
da. Et magiſtri Cabalæ dicũt ꝙ ſit caligo, iuxta illud caligo in circuitu eiꝰ
Vigeſima prima שכל מחודש id eſt Intelligentia innouans, per
quã reparantur et innouantur omnia creata in hoc mundo. Vigeſima ſe
cunda שכל בית השפע id eſt Intelligẽtia domus largitatis, de
medio infuſionis illius trahuntur arcanum & abſconditum, quæ habitãt
in umbra eius & adhærẽt eductionis ſtudio atq; diligentię promouen
tis ad alta. Vigeſima tertia שכל הפעולות id eſt Intelligẽtia acti-
uitatum, eſt collectio & uniuerſitas operationum ſpiritualiũ, ſic dicta pro
pter influxum qui congregat̃ in ea de fonte pelagi ſuperioris & glorię
excelſę. Vigeſima quarta שכל נבדל id eſt Intelligentia medians,
qua colligitur influentia gratiarum & ipſa infundit largitatẽ in oĩa ſtagna
ſeu piſcinas benedictionum a ſe appropriatarum. Vigeſima quinta
שכל כללי id eſt Intelligentia collectiua, qua colligunt aſtrologi iu
dicio ſtellarum fatales euẽtus & notitiam eorum perficiũt ſphæris & or
bibus ſuis. Vigeſima ſexta שכל נעבד id eſt Intelligentia adminicu
laris, concurrit in ſubſidium ad om̃es operationes planetarum & alios in
fluxus cœleſtes. Vigeſima ſeptima שכל תמידי .i. Intelligẽtia ꝑpe-
tua, q̊tidie cõtinuat̃ ꝑ meatũ ſolis & lunæ ſecundum conditiones eorũ.
Vigeſima octaua שכל מוגשם id eſt intelligentia corporalis in-
format omne corpus q̊d corporatur ſub orbibus, iteq; magnitudinem
illorum. Vigeſima nona שכל החפץ המבוקש id eſt Intel
ligentia complacentiæ quæſiti, recipit diuinam infuſionẽ ut participet
de irrigatione eius ſuper omnia creata. Trigeſima שכל מורגש
id eſt intelligentia concitatiua ſenſuum, qua fiũt entia ſub orbe ſupremo
& omnia genera miſtorum. Trigeſima prima שכל דמיוני id eſt
Intelligentia imaginaria qua uariantur & alterantur omnes figurę ac ima
gines creatæ iuxta ſuperficies rerũ & naturas earum. Trigeſima ſecũda
שכל מוטבע id eſt Intelligentia naturalis, qua conſummatur na

tura rerum materialium ſub ſphæra lunæ ad perfectionem ſuam. Cõplexus ſum breui catalogo uiri externorum dogmatum cupidiſſimi quæ noſtri maiores & de quinquaginta prudentiæ portis, & de duabus atq; triginta itineribus ſapientiæ multis in libris difficiliore ſtudio tractant, & eſt res profecto meliore digna magiſtro ac multi ſudoris ſane q̃ maximã uim habeat ad cohortandum nos ut ferme ſemper cum angelis uerſemur in cõtemplatiõe ſummarum & diuinarum rerum, quibus ſi familiares eſſe cœperimus, nihil nobis erit aut dictu aut factu difficile. Familiaritatem eam literæ conciliant, quæ illorum munus ſunt. Eas ſi adhibuerimus decem numerationibus Cabaliſticis, ſtatim conſurgit duorum & triginta numerus. Quod ſcriptũ in libro Ietzira legitur עשר ספירות בלימה ועשרים ושתים אותיות .i. Decem numeratiões Belima, & uiginti duæ literæ. Quapropter non pauci ſcriptores & decem iſtis proprietatibus ſilentio dignis, & uiginti duabus literis hanc ſemitarum cõflãt ſummam pro meo quidem more in eum ordinem digeſtarum, quem tamen alii haud pariter obſeruãt. At uero illud literarum collegium ſi quinquaginta portis dilig̃eter applicuerimus, inde ſeptuagiuta duorum angelorum fœlicem ſeriem comperiemus quibus Semhamaphores id eſt nomen expoſitorium illud magnum ſummi dei conſtare perhibetur. Nã ad quinquaginta uiginti duo addita lxxii. procreabunt. Hi ſunt angeli fortes uniuerſæ terrę, per quos putatur Moyſes ille miraculorum operator manu ſua mare uſq; ad ſiccum diuiſiſſe, quoniam ipſi ſunt angeli diuiſionis. Et diuiſit de9 terram iuxta numerum angelorum eius. Sic enim in libro Portarũ iuſticiæ quẽ Rabi Ioſeph Ben Carnitol celebris in Cabala magiſter cõſcripſit inter alia legimus ונשארו כל אומות מסורות ביד ע שרים. Id eſt. Et relictæ ſunt omnes g̃etes traditæ in poteſtatem ſeptuaginta præfectorum, hoc eſt principum angelorum, quibus Racanat peritiſſimus Cabaliſta Geneſis xlviii. ſeptuaginta palmas applicat illas circa duodecim fontes quos noſtis. Quinetiam certum eſt, duas ibid̃e fuiſſe columnas nubis & ignis, quibus duo præpoſiti erant angeli. Quare non inaniter exiſtimabimus in eiuſcemodi ſectione maris & liberatione filiorum Iſrael acceſſiſſe Moyſi ſeptuaginta orbis terrarum angelos & duos illos columnares in miniſterium ſalutis quæ nobis plane contingit ex nomine Tatragrammato ineffabili, per ſeptuaginta duo nomina quæ de ſacra ſcriptura colligũt explanato Exodi quartodecimo a uerſu. Toll̃eſq; ſe angel9 uſq; in fiñe, ubi legit diuiſaq; eſt aqua. Sũt nimirũ ea nobis ſacrata ſignacula hodierna ętate memori m̃ete repoſita, qb9 ſymbolis angeli uocati ferũt op̃e hoib9, ad laud̃e & gloriã, ineffabilis dei, de quo ſcripſit Rabi Salomon in expoſitione Thalmud teſtimonio Gerũd̃eſis in Geneſeos exordio. Symbolorũ itaq; characteres hi ſunt, quos digito uobis pingo.

והו ילי סיט עלם מהש ללה אכא כהת הזי
אלד לאו ההע יזל מבה הרי הקם לאו כלי
לוו פהל נלך ייי מלה חהו נתה האא ירת
שאה ריי אום לכב ושר יחו להח כוק מנד
אני חעם רהע ייז ההה מיך וול ילה סאל ערי
עשל מיה והו דני החש עמם ננא נית מבה
פוי נמם ייל הרח מצר ומב יהה ענו מחי
דמב מנק איע חבו ראה יבם היי מום: Oĩa hæc
nomina manãt de proprietate clementiæ,ut aſſerunt Cabaliſtæ, illa uero
una extat ex decẽ nnmerationibus,quarũ uobis arborẽ demõſtrabo ſi ad
nuerint ſuperi & uos ſi me audire parati eritis. Quin paratiſſimi,ambo in
quiunt,qui ob id tanta itinerũ pericula obiuimus,tot & tantis ſumptibus
erogatis. Sed perge aiunt ut de iſtis angelis aliqd diſcamus,q̊rum nomina
Marrano mihi nunq̃ audita fuere,credo & tibi q̊ꝗ Philolao pariter. Cer
te,ait ille,ut ne uiſi ſunt unq̃ iſti mihi angeli qdẽ,ita ne ipſorũ cognita mihi
ſunt noĩa,ſed amabimus te uir optime,indeſinenter ꝑge. Tum Simon, Fu
iſſe angelos,inquit,multos qui ad tantũ & tam admirandũ Moyſi opꝰ cõ
currerẽt cum aquas maris ita diuideret ut Iſraelitæ ſiccis pedibus trãſirẽt,
id ex ipſa poſſumꝰ ſacra ſcriptura dep̄hẽdere, ne quis me ueteratorẽ pu
tet. Verba nãꝗ diuina ĩ eo loci hęc ſũt ויסע מלאך האלהים
.i. & migrauit angelus angelorũ. Non ut uos pronunciatis latine, Tollẽſꝗ
ſe angelus domini. Non em̃ Adonai poſitum eſt hic q̊d interp̄tamur dñm
Sed Elohim q̊d uos pariter angeli tranlatũ q̊tidie legitis, Minuiſti eũ pau
lo minus ab angelis. Et In conſpectu angelorũ pſallã tibi. At nequaq̃ etiã
hic ſcribitur ut alias crebro angelus Elohim. Sed memorabiliter ſic ange
lus ha elohim intercedente articulo demonſtrante,perinde atꝗ dicere ſa
cra hiſtoria uellet. Per hunc nubis angelum caſtra p̃cedẽtem, cognoſcite
hic plurimos q̊ꝗ alios adeſſe angelos orbis terrarũ principes. Aſtipulat̃
nobis Thalmud in Mechilta,ubi Rabi Nathan a Magiſtro noſtro Sime
one Ben Iochai cognato meo huius quæſtionis petit ſolutionem. Quæſo
inquit,quare ubiꝗ ſcribitur angelus Adonai, hic aũt angelus ha elohim
cui reſpondet אין אלהים בכל מקום אלא דיין .i. Non
deus in omni loco ſcilicet ſignificat̃ niſi p̃ſes ſiue p̃fectus. Igit̃ angelus ille
ſimul cũ ſeptuaginta p̃ſidibus prouinciaꝝ intelligit̃ affuiſſe,ob idꝗ ita di
ctus Mallach ha elohim.angelus illorũ p̃ſidum ſeu p̃fectorũ,& alter item
angelus ignis eorundẽ p̃ſidũ ſocius,ut iure optimo ſeptuaginta duo nume
rentur,q̊rũ ſigna uidiſtis iam pridẽ a me deſcripta,q̃ ſi uultis uel potius qa
uultis (noui em̃ uos uelle) docebo qua nam uia è ſacris literis educant̃. Iã

hos ipſos aſſumite treis uerſus ויסע ויבא ויט ac in modũ erectę columnæ ſingulos more Cabaliſtico a dextra ad ſiniſtrã ita conſcribite ut uniuſcuiuſcꝫ uerſus literæ a ſummo ad imũ continuo altera ſequat̃ alterã tunc primi uerſus characterem primũ ponite qui vau nomĩatur. Deinde ſecundi uerſus characterem ultimũ uſu retrogrado accipite q eſt he, tum poſtremo recurrite ad tertii uerſus initium, q̊d rurſus inuenietis vau eſſe. Cuncꝫ treis characteras ordine iſto coniunxeritis, naſcetur primi angeli memoriale vau.he.vau. Et ſecũdi Iod lamed iod. Et tertii Samech iod teth Sic q̊cꝫ de reliquis ſemper ternis atcꝫ ternis, p̄ſenti aũt modo tribus columnis rite ut fieri debet erectis, q̊dlibet ſignaculũ Tetrãgrãmati expoſitorium conflabitur. Eia uidete conſyderate contẽplamini bene, num hoc ipm̃ ſumma lętitia eſt, omne huius ſeculi gaudium excellens, recordari ſanctos nutus dei & diuinos uultus q̊s hebręi Mallachim, gręci angelus, latini deos noĩant, tractare aĩo & manibus tam puras, tã pias, tam cõſecratas res cõuerſari ſtudioſe cũ illis candidiſſimis ſpeciebus quarũ ſplendor non niſi ꝑſpicacib⁹ generoſarꝫ mẽtiũ oculis illuceſcit. Intereſſe cõuiuiis atcꝫ colloq̃is ſpirituũ beatorũ q nos ſupra q̃ oĩm mortaliũ mos eſt fraterne diligũt nec diligũt modo ſed amãt. Geſtire mihi parietes uident̃ & hoĩbus nobis gratulari ꝙ dei bonitate factũ ſit ut ꝑ q̃dam humanæ imbecillitatis ſigilla & artificioſa charagmata in hilares cœtus admittamur angelorũ, pro uirium noſtrarum capacitate, cum quibus tranquillo corde gaudeamus & lætemur, quos colamus & ueneremur, quib⁹ honorẽ tali & tã ſublimi naturę debitũ impẽdamus, a q̃b⁹ uiciſſim & amemur & inſtituamur & cuſtodiamur. Tum Marran⁹, characteres quidẽ uideo inq̃t ſed noĩm ſonos nõ audio, qua igitur pronunciatione inuocentur angeli neſcio. Ad hæc Simon, ut oculis uidentur, ſic auribus audiuntur, & ut nos uident, ita uocantes audiunt. Id qui modo fieri poſſit duobus uerbis dicam. In ſpiritu & ueritate, ut quales habent linguas noſtræ mentes, tales habeant aures angeli. Et ſicut ſpiritus diuini linguis angelorum loquuntur, ita ſpiritus humani auribus mẽtium auſcultẽt. Non igitur ea neceſſitate ſibi noĩa imponunt, ꝙ uelint palam nominari & clamari, ſed ſignacula memoratiua tradũt ꝙ cupiant a nobis recordari, ne omnem putetis uim diuinam in uoce latere. Symbola igitur hæc frequentem angelorum memoriã poſcunt, q̊rũ ſedula reminiſcentia nos in amorẽ dei mutuo traducit, & uiciſſim amor in rememorationẽ. Quẽ em̃ fortiter amam⁹, eius frequẽter meminim⁹, ut eſt in ꝓuerbio. Meminerũt oĩa amãtes. Iccirco nomẽ tetragrãmatõ nobis de⁹ cõdonauit, nõ ut illo ſe uocem⁹ q̊d eſt ineffabile, recteꝗ a uobis Anekphoniton appellatur id eſt non uocabile. Quid enim reſpondit creator quærenti Moyſi quod eſt nomen tuum, certe hoc aiebat i. h. v. h. hoc eſt nomen meum in æthernum, & hoc memoriale meũ in generatione & generationẽ.

Eſt igitur Tetragrammaton, æthernitati nomen, generationi aūt memo-
riale tm̄, quia nequit ulla uoce humana componi nomen q̄d diuinitatis na
turā ęquare poſſit. Ab opibus angelos cognoſcimus, quare pro eiſdē uir
tutum opibus noīa pariter pronunciamus, ut a medicina Raphael, a uirili
tatē Gabriel, a ſtupore ac admiratione Michael, q̄d iterp̄tamur quis tam
fortis, propria uero noīa qm̄ eſſentiam ignoramus, noſtræ mortalitatis in
firmitas inuenire non ualet, nec inuenta imponere, niſi q̄tum nobis diuina
eſt reuelatione cōceſſum. Ex numeris itaqꝫ ac figuris diuinitus traditis cō
templantiſſimi quiqꝫ ſecundū uoluntates angelorū noīa ſibi formare in-
ſtituunt ſicut pueri ex literis uoces cōponere docent, uel hebraicis uel grę
cis uel romanis, uel arabicis, uel ægyptiis, non ꝙ uox enuncianda egeat li
teris eiuſcemodi, ſed propter noſtræ imbecillitatis memoriā, ut ſint noīa
quaſi notamina quæ ſenſus noſtros incitent uel figura uel uoce, rurſumqꝫ
ſenſus moueat phantaſiam, phantaſia memoriam, memoria rationem,
ratio intellectum, intellectus mentem, mens angelum. Scripſit huius ge-
neris aliq̄d perq̄ elegāter ex ueſtris q̄dam inſigni noīe philoſophus Tyriꝰ
Maximus in libro τῶν ἐν ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας diſputatiōe octa
ua. Vnde id uobis coniectura innoteſcit, ſatis eſſe, ſi tres uerſus, per me an
te reſolutos in angelorum ſeptuaginta duorū reuerentiā & uenerationē
legeritis ea ſerie qua ſpiritus ſanctus dictauit, prorſuſqꝫ p̱ eorum dilectio
nem in noīs dei ſummi ardentiſſimū amorē & extaticā adorationem incu
bueritis, penſiculatim cōmemorando ꝙ ſicut ex numero tetragrammati
arithmetica proportione progreditur numerus ſeptuaginta duorū, ita ſe
ptuaginta duo angeli ex ſignaculo creatoris q̄dā effluxu diuino producūt.
Cum em̄ quælibet litera hebraica numerum peculiarē deſignet, oriunt̄ ex
iod. he. vau. he. duo & ſeptuagīta, hoc modo. Iod notat decem, he quinqꝫ,
vau ſex, he iterum quinqꝫ. Totum hoc ex arte arithmetica ſic colligat̄ Iod
decem, Iod he quindecim, Iod he vau unū & uiginti. Iod he vau he uiginti
ſex. Comp̄hendite nunc ſingula, Decem, quindecim, uiginti unū & uigin
ti ſex, & oriunt̄ ſeptuaginta duo. Hæc reputantes uobiſcū aperte intellige
tis ad inuocandos ſpiritus uoce ſpirituali opus eſſe, non aūt clamore, ceu
ſacerdotū Baal qbꝰ ab Helia propheta dicit̄ tertio Reg. xviii. Clamate uo
ce maiore forſitan deus in diuerſorio eſt aut in itinere aut certe dormit ut
excitet̄. At ſi qua orōne in ſupplicatiōibus utimur non ideo fit ut deū uel
angelos ſyllabis aut dictionibus tanq̄ erga mortales uſi cōmoueamus, ſed
ut uires noſtras in ardorem illorū incitemus & fiduciā in eos quaſi ancorā
figamus, ueluti appellendo nauim in portū ſolent nautæ reſti eiecta uel
fune prolato terrā attrahere, quanqꝫ immobilē, q̄ conatu ad terrā ſe ipſos
trahunt. Pari ratione per ſenſibilia nos ſigna q̄cunqꝫ inſtituto compoſita
uidemur inuiſibilē diuinitatē attrahere, cum tn̄ reuera nos ipſos mobiles
ad immobilē diuinitatē attrahamus. Hoc arcano fundamento ſacramenta

uniuerſa & cerimoniarum ritus pſtant. Hinc ſignis, characteribus, et uoce
utimur, hinc hymnis & canticis, hinc tympano & coro, hinc chordis, cym
balis & organo, aliiſq; id genus muſicis, non ut deũ quaſi fœminã emollia
mus, nec ut noſtris blandimentis & adulationibus angeli capiant. Sed ut
deum ac diuina exaltando, noſtrę conditionis exiguitatẽ agnoſcamus, ſub
iectionẽ & obedientiã humillime profiteamur, & oẽm uoluptatẽ humanã
in res diuinas cõferamus. Ad ſummũ aũt, hoc pacto amorem intẽſum &
ardentem erga diuinitatẽ concipiamus, qui unus p̄ter cætera id efficit ma
gis, ut oĩm gratiarũ capaces ſimus, propterea palmas tendimus, brachia
expandimus, genua flectimus, ſtantes oramus, iuſſi quoq; uacã triennem
capram trimam, turturẽ, columbã, per medium diuidimus, arietẽ in uepri
bus hærentẽ cornibus gladio occidentes, igne cremamus, Thau ſup po-
ſtes ædium ſanguine notamus, Serpẽtẽ æneum aſpicimus, Cherubim &
alias imagines figuramus. Verba cõpoſita loqmur atq; uouemus, Sanctu
arium ſtruimus, Pontificẽ tam uario & admirando indutũ ornatu attoniti
reſpicimus. Vniuerſa hęc & ſimilia propter nos ipſos fiunt, ut nos moue
ant, nos incitent, nos auertant, nos conuertant, a uiſibilibus ſcilicet ad inui
ſibilia, fidem augeant, ſpem cõfirment, & uerã inter nos charitatẽ deo gra
tiſſimam diligenti Anacephalęoſi in diuinorũ amorẽ tranſferant. Dogma
ta hæc oĩa Cabaliſtarũ ſunt, q ut liber tertius pplexorum Moyſi ægyptii
atteſtat ſic dicũt שבונת העבודות ההם זכרון השם
תמיד ויראתו ואהבתו ושמירת המצות כולן
ושיאמין בשם ית מה שהוא הכרחי לכל:
.i. ꝙ intentio cerimoniarũ eiuſmodi eſt, memoria dei frequens & timor
eius, & amor eius, & obſeruantia mandatorũ oĩm, & ꝙ credatur in deum
altiſſimũ, id q̊d neceſſariũ eſt unicuiq;. Nimirũ graui nos mole corpis op
preſſi ualde qdem egemus ad ſomnolẽti animi excitationẽ cõmouentib9
rebus, ut generoſus equus itinere iam longo fatigatus cum claſſicũ pſonu
it in robur erigitur, ſtare loco neſcit, micat auribus, & elephantus ſegnicie
torpeſcens, igne oſtenſo reſurgit in audaciã, ita rebus ſecularibus enerua-
ta uirtus noſtra, externis & corpalibus incitabulis ſiue uocũ ſeu figurarum
indiget, ut animi noſtri uigor ſpirituali operi robuſtius inſtet, & contẽpla
tio noſtra tanto acrius in ſublime prouehat, q̃to magis attoniti antea ob-
ſtupuerimus. In hanc utilitatẽ clementes angeli ſæpe figuras characteras
formas & uoces inuenerunt, propoſueruntq; nobis mortalibus & igno-
tas & ſtupendas, nullius rei iuxta conſuetũ linguæ uſum ſignificatiuas, ſed
per rationis noſtræ ſummã admirationẽ in aſſiduã intelligibiliũ pueſtiga
tionem, deinde in illorũ ipſorũ uenerationẽ & amorẽ inductiuas, non em̃
ſecũdũ inſtitutũ aut placitũ hoĩs ſignificãt ſed ad placitũ dei. Vnde ad uos
illud a nobis tranſtulit doctiſſimus ueſtra ætate atq; ſecta Mirandulanus

Comes q̄d in nongentis concluſionibus ait, Non ſignificatiuæ uoces plus poſſunt in magia q̄ ſignificatiuæ, quęlibet em̄ uox uirtutē habet in magia in q̄tum dei uoce formaẗ, quia illud in q̄ primū magicā exercet natura, uox eſt dei, hec Picus. Tum Philolaus. Soporatos & ſtertentes, inq̄t, nos hoïes maiori mouerēt excitatiōe huiuſcemodi noïa, ſi plures ſenſus & non unū ſolū mouerent ut non modo noſtris obtutibus per figuras & characteres apparerēt, uerum etiā articulata uoce aures ſimul noſtras pulſarent. Quare plurimum opto ſi fieri poſſit iſta non ſolū picta uidere, ſed dicta q̄q; audire. Tum Simon. Valde ſegnes, inquit, putandi ſunt mea ſentētia, ac ſi cū tua uenia dici liceat ualde q̄dem hebetes q̄ extraneo motu egent, quanq̄ ita ſumus nati ut ſemp̄ aliud magis aliū afficiat, & non idem om̄es pariter. Ad hæc aſſentior tibi Simon doctiſſime uera dicēti Marranus ait, hoc em̄ & noſtri affirmant, angelos hoïbus apparere aliter atq; aliter pro conditione ac natura uidentis. De q̄ Chryſoſtomus ſup̄ Matthæū late ut om̄ia tandem his uerbis de Ioſeph ſcribit, κατ' ὄναρ φαίνεται ὁ ἄγγελος. καὶ διὰ τί μὴ φανερῶς καθὼς τοῖς ποιμέσι καὶ τῷ ζαχαρείᾳ καὶ τῇ παρθένῳ. σφόδρα πιστὸς ἦν ὁ ἀνήρ. καὶ οὐκ ἐδεῖτο τῆς ὄψεως ταύτης. i. Per ſomnium apparet angelus & quare nō manifeſte? quemadmodū paſtoribus & Zachariæ & uirgini. Vehementer credulus erat ille uir, & non egebat uiſione iſta. Cui Simon rurſus. Et id tu recte q̄dem, ac haud aliter Cabaliſtæ ſentiunt dicentes, q̄ uirtus uiſiua in Abrahā fortior erat q̄ in Lot, iccirco Abrahæ apparuerunt uiri, & Lot angeli. Sed de his alio forte loco. Nunc q̄d ad noſtram attinet cauſam, magna ut p̄noſtis eſt hoïm diuerſitas. Quidā ſatis grati & ea ſorte cōtēti ſunt angelos in forma humana uidiſſe, alii in forma ignis, alii in forma uenti ac aeris, alii in forma fluuii & aquæ, alii in forma uolucrū, alii in forma gemmarum aut mineræ, aut p̄cioſorum lapidū, alii in energia prophetię, alii ī ſpiritu q̄dam habitante intra ſe, alii in literarū & characterū figura, alii in ſonitu uocis, & ſic de pluribus uiſionū ſpeciebus, in ſacra ſcriptura dep̄hēſis, uobis aūt dum hi characteres ſeptuaginta noïm nequaq̄ ſatiſfacere uidebuntur, demonſtrabo recta uia, non tm̄ in characteribus cōmemoratis uerum etiā poſt ea cōmemorandis, q̄nam modo ex effigie literarū dictio fiat q̄ poſſit articulate pronunciari. Eius artis deū ipſum habemus autorē Legimus nanq; in xxiii. Exodi. Ecce ego mitto angelū meum ante te ad cuſtodiendum te in uia, & ad ducendū te in locū quē deſtinaui, Sis cautus a conſpectu eius, & audi uocē eius ne exacerbaueris eū, q̄a non ignoſcet ſceleribus ueſtris, q̄m nomen meum eſt in illo. Per q̄d cognoſcimus nomen angeli optimo ritu comp̄hendere nomē dei q̄nq; debere. Ideoq; Cabalei cum angeli cuiuſuis nomen ſignificatiue pronunciare nequerint, ſubſidio alicuius noïs dei q̄d illi adiungūt, totū ſimul proferre conſueuerunt. Sicut em̄ tris hos characteres מיך aut גברי uel רפא ad ſignificādū angeli nomē improprie uidēt uſurpari, niſi addatur nomē dei El, ut Michael

Gabriel Raphael. Ita ipſi q̊cꝫ in aliis angelicis noı̄bus ſacram ſcripturã co⸗
nãtes imitari dicunt Raziel. Iophiel. Zadkiel. Peliel. Malthiel. Vriel, & ſi⸗
mili more cætera. Quin uero ut Romani deum ſuũ capitolinum noı̄ant
Optimũ Maximũ, propter beneficia optimum, propter uim maximũ. Ci
ceronis teſtimonio in orõne ad pontifices pro domo ſua. Sic Iudæorũ na
tio deum ſuũ propter beneficia uocat Iah, & propter uim ac uirtutem ap
pellat El. Ita em̃ Cabaliſtæ ſup Dauid regis ſermo, ne cũ ait Si iniq̃tates
obſeruaueris, Iah, domine q̃s ſuſtinebit dicunt יה שהוא עולם
הרחמים אדני שהוא עולם הדין: .i. Iah, qꝑ ſit ſeculũ
clementiæ, Adonai qꝑ ſit ſeculum ſeueritatis, ut in Portæ lucis cap. viii. De
El aũt ita legitis Numeri xvi. Fortiſſime El deus ſpirituum oı̄s carnis, num
uno peccante contra oẽs ira tua deſæuiet? Optimus igit̃ nobis deus eſt, q̃a
clemẽtiſſimus, & maximus q̃a fortiſſimus, q̊d duo hæc noı̄a diuina rep̃ſen
tant Iah & El, q̃rum alterum ſi q̊tocuicꝫ ſeptuaginta duorũ noı̄m coniun
xeritis, nimirũ inſigne uocabulũ oxytonon efficietis. Hoc certe modo ſem
per pronunciando, ut dictiones fiant triſſyllabicæ ac aſpirationes p ſingu
larem hanc notã ſcriptæ .ƀ. flatu forti tanq̃ duplici ſpiritu latinæ literæ .h.
ex imo pectore prodeant, & ubicꝫ Iah unice p i conſonantẽ pronunciet̃.
Similiter & El. nam utracꝫ harũ dictio etiam in cõpoſitione noı̄m mono⸗
ſyllabice profert̃, & in eandem accẽtus cadit. Sunt itacꝫ lxxii. noı̄a ſacra, q̊d
unum Semhamaphores .i. ſanctiſſimi Tetragrãmati nomẽ expoſitoriũ dr̃
p inuocatiões angelorũ ab hoı̄bus deo deditis, deuotiſcꝫ cũ timore ac tre
more ſic enuncianda. Vehuiah. Ieliel. Sitael. Elemiah. Mahaſiah. Ielahel.
Achaiah. Cahethel. Haziel. Aladiah. Lauiah. Hahaiah. Iezalel. Mebahel.
Hariel. Hakamiah. Louiah. Caliel. Leuuiah. Pahaliah. Nelchael. Ieiaiel.
Melahel. ƀaiuiah. Nithhaiah. Haaiah. Ierathel. Seehiah. Reiaiel. Omael.
Lecabel. Vaſariah. Ieƀuiah. Lehaƀiah. Chauakiah. Manadel. Aniel. ƀaam
iah. Rehael. Ieiazel. Hahahel. Michael. Veualiah. Ielahiah. Sealiah. Ariel.
Aſaliah. Mihael. Vehuel. Daniel. Haƀaſiah. Imamiah. Nanael. Nithael.
Mebahiah. Poiel. Nemamiah. Ieialel. Haraƀel. Mizrael. Vmabel. Iahhael.
Anauel. Meƀiel. Damabiah. Mauakel. Eiael. ƀabuiah. Roehel. Iabamiah.
Haiaiel. Mumiah. Præſto iam ſunt ad manũ uiri optimi cum q̃bus nõ mo
do ab imi pectoris penetralibus clãdeſtina colloquia muſſare, uerumetiã
expreſſas quocꝫ uoces miſcere & quemlibet ſymbolico ſuo nomı̄e inuo
care queatis, quãquã ſingularũ regionum præſides tñ nihil non comuni⸗
catum habentes. Tãetſi enim in mundo ſupercœleſti habitãt, at iſta nihil
ominus inferiora curãt. Si enim hoc influentiis naturalibus contingit ut in
cœlis commorentur, & ſimul terrena gubernent, multomagis uirtutibus
nobilioribus, tenuioribus & ſimplicioribus mũdi ſuperioris, eiuſcemodi
magiſtratus pariter ſunt conceſſi, ut penetrent noſtra, & à noſtris uiciſſim
penetrẽtur, Ad id utar Plotini ueſtri aſſertione ı̄ libro de Intellectu & Ideis

& ente q̄ ait. Mũdus iſte ſenſibilis uno tm̃ loco determinat̃. Mũdus aũt intelligibilis eſt ubiq;, ꝑinde ac ſi dicatꝙ ille hũc noſtrũ & ambiat & ordĩet & cõſeruet & penetret. Aĩaduertite aũt q̄d admiratiõe dignũ cabaliſtarũ ſapientes huc afferãt ingentes ita אין לך כל עשב ועשב מלמטה שאין לו מזל ברקיע שמכה אותו ואומר לו גדל .i. Non eſt tibi ulla herba aut planta inferius, cui non ſit ſtella in firmamento q̄ percutiat eam & dicat ei. Creſce. In eã iuerunt ipſi ſentẽtiã ſacris literis muniti ut legit̃ in Iob cap. xxxviii. Num noſti leges cœlorũ ſi poſueris p̃fectũ ſeu p̃ſidẽ uel executorẽ eius in terra. Nõ itaq; uos retrahãt orbis terrarũ tantę ſollicitudines ac rerũ inferiorũ curę qb⁹ ſupranoĩati angeli diſpẽſatiõe creatoris ſunt deſtinati, q̊min⁹ illos etiã in nouem choros ſuꝑ cœleſtium hierarchiarũ referatis. Cum em̃ angelus ſit alteritas, ſicut deus identitas, prima uero alteritas ſit binarius, recte opinabimur ꝙ ex binarii multiplicatione numerus angelorũ oriatur. Multiplicatio autẽ binarii cubica ſic fit, bis bini bis, & erunt octo primus cubus, Octonos uero q̊ſq; angelos in nouem choros ſi diſtribueritis, erunt ſeptuaginta duo, tot em̃ ſũt nouies octo. Redite nunc ſi uultis per choros ad cubum, ꝑ cubum ad Tetractyn ueſtrã, quã nos tetragrammatõ, Romani quaternitudinẽ appellant ab ea ad binariũ, angelicã naturã ſignificantem, & ĩde ad unitatẽ Deũ Opt. Max. & experiemini certe ſi noſtrũ ſtudiũ ad angelos applicuerimus, ꝙ etiam ꝑ angelos deo iungamur Tetragrammato ineffabili Iod. he. vau. he. in q̊ primum reſplendet angelorũ iſtorũ nobiliſſima natura. Nam ſi ex quatuor illis literis יהוה quater Iod poſueritis ſicq; deſcendendo ter he. bis vau. ſemel he. mox uobis ſurget ſeptuaginta duorũ ſũma, expoſitoria noĩs dei inenarrabilis & incomp̃hẽſibilis ad q̊d oĩa ſacra noĩa referũt̃, q̊ꝝ ingens copia eſt, ſingula tñ appellatiua ſunt, hoc ſolum dei propriũ eſt & appropriatũ quare יהוה״מ cognoĩatur. Hæc aũt ſeptuaginta duo dicunt̃ unũ nomen ſymbolicũ, eo ꝙ intentio illorũ ſit unum Deum Opt. Max. ſignificare licet ꝑ multas & uarias rõnes angelorum, quomodo notam⁹ principẽ ꝑ aulicos & imꝑatorẽ ꝑ exercitum. Et ea ſane uenerant̃ atq; colunt Magiſtri Cabalæ plurimũ q̄bus deuoti hoĩes miranda oꝑantur & mirabiliora q̄ eloqui mihi phas ſit, ego tñ uirum doctiſſimũ in hac cauſa teſtem citabo Racanat in cõmentariis Exodi xiiii. q̄ hos characteras & has literas affirmat eſſe אותיות פורחות למעלה בעיקר המרכבה והם ממונים לעשות כל דבר בהם ופעולותיהם ידועים למקובלים: .i. Characteres uolantes ſuꝑne in fundamento ſapientiæ ſpiritualis & ſũt adminiſtratorii ſpiritus ſeu p̃fecti ad faciendũ oẽm rem ꝑ eos, & oꝑatiões eorum ſunt notæ Cabaliſtis, hucuſq; Rabi Mnahem Racanat, Et ſecundũ

Rabi Akiba procedũt de throno gloriæ dei, Sed ne quis uana ſuꝑſtitiõe ductus putet ab angelis omnia humanę mortalitati cœlitus conferri ac nõ potiꝰ per angelos ab ipſa dei maieſtate oĩa fieri etiam in angelis, ut in Daniele Nabuchadnezer chaldaice teſtat̃ וכמצביה עבד בחיל שמיא ודארי ארעא .i. Et ſecundũ uoluntatẽ ſuam facit in exercitu cœli & habitatoribus terræ. Ideo receperũt Cabalæi de libro pſalmorum pias orõnes ad deum ſeptuaginta duobus uerſibus habendas, q̃rum unuſquiſq; nomen Tetragrammaton cũ noĩe angeli ex lxxii. cõtinet, uno haud ab re excepto q principium Geneſeos indicat, eleuant aũt q̃tum fieri poteſt aĩos ſuos iſtis uerſibus ad deum, fortiter aſcendendo de angelo ad angelum. Et ſemꝑ inter laudes dei tot & tantas ab altera ad alterã in ſublime tẽdendo. Ad illud eos iuuãt angeli, ut relicta ſeculari ſollicitudine pro captu ſuo uehant̃ in deũ, ceu leuiſſima pluma tenuiſſimi ſpiritus adiumẽto ad ſublimia cœleſtiaq; ſuſtollit̃. Videte & audite orõnem uerſuum cũ te-

§ tragrammato & angelis, utrũq; em̃ uobis tã digito q̃ uoce monſtrabo ſic.

ואתה יהוה מגן בעדי כבודי ומרים ראשי
ואתה יהוה אל תרחק אילותי לעזרתי חושה
אומר ליהוה מחסי ומצודתי אלהי אבטח בו
שובה יהוה חלצה נפשי הושיעני למען חסדך
דרשתי את יהוה וענני מכל מגורותי הצילני
זמרו ליהוה יושב ציון הגידו בעמים עלילותיו
רחום וחנון יהוה ארך אפים ורב חסד
באו נשתחוה ונכרעה נברכה לפני יהוה עושנו
זכור רחמיך יהוה וחסדיך כי מעולם המה
יהי חסדך יהוה עלינו כאשר יחלנו לך
חי יהוה צורי וירום אלהי ישעי
למה יהוה תעמוד ברחוק תעלים לעתות בצרה
הריעו ליהוה כל הארץ פצחו ורננו וזמרו
ויהי יהוה משגב לדך משגב לעתות בצרה
ויהי יהוה לי למשגב ואלהי לצור מחסי
יהוה אלהי ישועתי ביום צעקתי בלילה נגדך
יהוה אדנינו מה אדיר שמך בכל הארץ
שפטני בצדקתך יהוה אלהי ואל ישמחו לי
קוה קויתי יהוה ויט אלי וישמע שועתי
ובשם יהוה אקרא אנא יהוה מלטה נפשי

ואני עליך בטחתי יהוה אמרתי אלהי אתה
יהוה שמרך יהוה צלך על יד ימינך
יהוה ישמור צאתך ובואך מעתה ועד עולם
רוצה יהוה את יראיו ואת המיחלים לחסדו
אודה יהוה בכל לבי אספרה כל נפלאותיך
קראתי בכל לב ענני יהוה חקיך אצרה
חלצני יהוה מאדם רע מאיש חמסים תנצרני
אלהים אל תרחק ממני אלהי לעזרתי חושה
הנה אלהים עוזר לי יהוה בסמכי נפשי
כי אתה תקותי יהוה אדני מבטחי מנעורי
אבא בגבורות יהוה אלהים אזכיר צדקתך לבדך
כי ישר דבר יהוה וכל מעשיהו באמונה
יהוה יודע מחשבות אדם כי המה הבל
יחל ישראל אל יהוה מעתה ועד עולם
אהבתי כי ישמע יהוה את קולי תחנוני
יהוה אהבתי מעון ביתך ומקום משכן כבודך
יהוה אלהים צבאות השיבנו האר פניך ונושעה
כי אתה יהוה מחסי עליון שמת מעונך
שמע יהוה וחנני יהוה היה עוזר לי
למה יהוה תזנח נפשי תסתיר פניך ממני
יהוה הצילה נפשי משפת שקר מלשון רמיה
יהוה ישמרך מכל רע וישמר את נפשך
ואני אליך יהוה שועתי ובבקר תפלתי תקדמך
נדבות פי רצה נא יהוה ומשפטיך למדני
אם אמרתי מטה רגלי חסדך יהוה יסעדני
טוב יהוה לכל ורחמיו על כל מעשיו
מה גדלו מעשיך יהוה מאד עמקו מחשבותיך
הודיע יהוה ישועתו לעיני הגוים גלה צדקתו
גדול יהוה ומהלל מאד ולגדלתו אין חקר
חנון ורחום יהוה ארך אפים וגדול חסד
יהי כבוד יהוה לעולם ישמח יהוה במעשיו

אודה יהוה בצדקו ואזמרה שם יהוה עליון
ידעתי יהוה כי צדק משפטיך ואמונה עניתני
יהוה בשמים הכין כסאו ומלכותו בכל משלה
ועתה יהוה לעולם תשב כסאך לדור ודור
סומך יהוה לכל הנופלים וזוקף לכל הכפופים
יראי יהוה בטחו ביהוה עזרם ומגינם הוא
ונפשי נבהלה מאד ואתה יהוה עד מתי
ממזרח שמש עד מבואו מהולל שם יהוה
צדיק יהוה בכל דרכיו וחסיד בכל מעשיו
יהי שם יהוה מבורך מעתה ועד עולם
ראה כי פקודיך אהבתי יהוה כחסדך חייני
עבדו את יהוה בשמחה באו לפניו ברננה
הנה עין יהוה אל יראיו למיחלים לחסדו
שובה יהוה עד מתי והנחם על עבדיך
אל תעזבני יהוה אלהי אל תרחק ממני
והתענג על יהוה ויתן לך משאלות לבך
הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו
יהוה מנת חלקי וכוסי אתה תומיך גורלי
בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ
אודה יהוה מאד בפי ובתוך רבים אהללנו
שובי נפשי למנוחייכי כי יהוה גמל עלייכי

Oſtendi iam uobis optimi uiri qualibet in linea nomen eſſe Tetragrãmaton, & tris literas angeli uel recto uel tranſuerſo ut fieri ſolet poſitas ordine de tribus uerſibus Exodi xiiii. ויסע ויבא ויט q̊s tamen Romani hactenus non ſunt integre interpretati. Pſalmodian autem latini ſic legũt ut ante forſitan uel ĩ Capnione de Verbo Mirifico uidere potuiſtis.

Et tu domine ſuſceptor meus es gloria mea & exaltans caput meum
Et tu dñe ne elõgaueris auxiliũ tuum a me ad defenſionem meã cõſpice
Dicam dño ſuſceptor meus es tu, & refugiũ meũ de⁹ meus ſperabo in eũ
Conuertere dñe & eripe aĩam meã ſaluũ me fac ꝓpter miſericordiã tuã
Exqſiui dñm & exaudiuit me, & ex oĩbus tribulatiõibus meis eripuit me
Pſallite domino qui habitat in ſion adnunciate inter gentes ſtudia eius
Miſerator & miſericors dominus longanimis & multum miſericors
Venite adoremus & procidamus & benedicamus ante dñm qui fecit nos

Reminiſcere miſerationũ tuarũ dñe, et miſericordiarũ tuarꝝ q̃ a ſeculo ſũt
Fiat miſericordia tua domine ſup nos, quemadmodum ſperauimus in te.
Viuit dominus & benedictus deus meus, & exaltetur deus ſalutis meæ
Vt quid dñe receſſiſti longe deſpicis in opportunitatibus in tribulatione.
Iubilate domino omnis terra, cantate & exultat͛ & pſallite.
Et factus eſt dñs refugiũ paupi, adiutor in opportunitatib⁹ ĩ tribulatione.
Et factus eſt mihi dñs in refugium & deus meus in adiutorium ſpei meæ.
Domine deus ſalutis meæ, in die clamaui & nocte coram te.
Dñe dominus noſter q̃ admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra.
Iudica me ſecundũ iuſticiã tuã dñe deus meus & non ſupergaudeãt mihi.
Expectans expectaui dominum & intendit mihi.
Et nomen domini inuocabo, o domine libera animam meam.
Ego autem in te ſperaui, dixi deus meus es tu.
Dñs cuſtodit te, dominus protectio tua, ſuper manum dexteram tuam
Dñs cuſtodiet introitum tuum & exitũ tuum ex nunc & uſq; in ſeculum.
Bñplacitũ eſt dño ſup timentes eũ, & in eis q ſperãt ſup miſericordia eius.
Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo oĩa mirabilia tua.
Clamaui in toto corde, exaudi me domine, iuſtificationes tuas requiram.
Eripe me domine ab homine malo, a uiro iniquo eripe me.
Deus ne elongeris a me, deus meus in auxilium meum reſpice.
Ecce deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
Quoniam tu es patientia mea domine, dñe ſpes mea a iuuentute mea.
Introibo in potentias domini, deus memorabor iuſticiæ tuæ ſolius.
Quia rectum eſt uerbum domini, & omnia opera eius in fide.
Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam uanæ ſunt.
Speret Iſrael in domino ex hoc nunc & uſq; in ſeculum.
Dilexi quoniam exaudiet dominus uocem orationis meæ.
Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ.
Dñe deus uirtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam & ſalui erim⁹.
Quoniam tu es domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
Audiuit dominus & miſertus eſt mei, dominus factus eſt adiutor meus.
Vt quid domine repellis animam meam auertis faciem tuam a me.
Domine libera animam meam a labiis iniquis & a lingua doloſa.
Dominus cuſtodiet te ab omni malo & cuſtodiet animam tuam.
Et ego ad te domine clamaui & mane oratio mea præueniet te.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine & iudicia tua doce me.
Si dicebam motus eſt pes meus, miſericordia tua domine adiuuabit me.
Suauis dominus uniuerſis & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.
Q̃ magnificata ſunt opa tua dñe nimis profundę ſunt cogitationes tuæ.
Notum fecit dñs ſalutare tuũ, in conſpectu gentium reuelauit iuſticiã ſuã.

Magnus dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius non eſt finis.
Miſerator & miſericors dominus patiens & multum miſericors.
Sit gloria domini in ſeculum, lætabitur dominus in operibus ſuis.
Confitebor domino ſecundum iuſticiam eius, & pſallam noĩ dñi altiſſimi.
Cognoui dñe quia æquſtas iudicia tua, & in ueritate tua humiliaſti me.
Dñs in cœlo parauit ſedem ſuam, & regnum ſuum omnibus dominabiť.
Tu aũt dñe in ęternũ ꝑmanes, & memoriale tuũ in gñationẽ & gñationẽ.
Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos.
Qui timent dñm ſperauerunt in dño, adiutor eorũ & protector eorũ eſt
Et anima mea turbata eſt ualde, ſed tu domine uſque quo.
Ab ortu ſolis uſqꝫ ad occaſum, laudabile nomen domini.
Iuſtus dominus in omnibus uiis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis
Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & uſqꝫ in ſeculum.
Vide qm̃ mandata tua dilexi dñe, ſecundũ miſericordiã tuã uiuifica me.
Seruite domino in læticia, introite in conſpectu eius in exultatione.
Ecce oculi dñi ſuꝑ metuentes eum, & in eis ꝗ ſperãt ſuꝑ miſericordia eius
Conuertere domine uſqꝫ quo, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.
Ne derelinquas me domine deus meus, ne diſceſſeris a me.
Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui.
Confitemini dño quoniam bonus, qm̃ in æthernum miſericordia eius.
dñs ꝑs hęreditatis meę et calicis mei, tu es ꝗ reſtitues hęreditatẽ meã mihi
In principio creauit deus cœlum & terram.
Confitebor dño nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum.
Conuertere anima mea in requiem tuam, qm̃ dominus benefecit tibi.

¶ Tum Marranus. Adeo ne inquit te una in re tantopere laborantẽ patimur expaciari, ꝗ ad artẽ ipſam ſi qua eſt Cabalæ toto deſyderio properamus. Et Philolaus. Non eſt arbitror una res de qua Simon diſſeruit, ſed terqꝫ quaterqꝫ plures ac multoplurimę. Sabbathũ em̃ ſabbathorũ q̊d eſt requies ætherna & finis Cabalæ, poſt aũt ꝗbus gradibus ad eã aſcẽdamꝰ tã portarũ prudẽtię ꝗ̃ ſapiẽtię ſemitarũ, & de noĩs Tetragrãmati expoſitoribus angelis & Semhamaphores clara nos uoce inſtituit. Ad hęc Simon. Reliqua ſi bñ recordamini, eꝗdẽ nõnihil de illa digna religiõe decẽ numerationũ Cabaliſticarũ p̃miſi & fortaſſe promiſi dicturũ me, faciãqꝫ ꝑ catalogum ſi me attẽte audiatis. Tũ audimꝰ cupide ambo dixere, quapropter ꝑge incũctanter. Mox Simon ait. Decẽ numerationes a Cabalæis עשר ספירות appellatas multi ex nobis multipharia tractãt, ꝗdã ĩ arboris modũ, alii ad formã hoĩs, ut ſæpe mẽtio fiat de radice, trũco, ramis & corticibꝰ. Sępe uero etiã de capite, humeris, cruribꝰ, pedibꝰ, latere dextro & ſiniſtro. Eæ ſũt decẽ diuina noĩa ꝗ̃ nos mortales de deo cõcipimꝰ, uel eſſentialia, uel ꝑſonalia, uel notionalia, uel cõia, & noĩantur ſic כתר .i. corona,

חכמה .i. ſapiẽtia בינה .i.prudẽtia ſiue ĩtelligẽtia חסד .i.clemẽtia
ſeu bonitas גבורה .i.grauitas uľſeueritas תפארת .i.or nat⁹ נצח
.i.triũph⁹ הוד .i.cõfeſſio laudis יסוד .i.fũdamẽtũ מלכות .i.regnũ
Supra coronã uero ponit̃ אין סוף .i.infinitudo,& eſt abyſſ⁹.Eloquar
an ſileã,Res eſt nimirũ profundę ſpeculatiõis & q̊ddã pelagus ĩmẽſum,in
q̃d oĩs nr̃a cõtẽplatio demergit̃ & demerſa q̊dã hiatu abſorbet̃.An nõ me
mineritis q̃tũ nouicii iã ferme oĩm nationũ theodidaſcali dies atq; noctes
deſudant fere ſolum in conceptibus attributalibus,quas eorũ alii pfectio
nes in diuinis nominant, alii attributa tum negatiua tum affirmatiua tum
abſoluta,tum relatiua ſeu connotatiua, q̃ facile nunc ut arbitror de libro
Cabaliſtico compendii Portæ lucis,quẽ Paulus Ricius uir egregie doct⁹
quondã ex noſtris unus,nunc chriſtianus ex Rabi q̊dam Caſtilienſi colle
git,& de Iſagogis quas ſcripſit in Cabalã diſcere poteſtis.Ea pariter de re
magn⁹ ille Magiſter Cabalę Rabi Ioſeph filius Carnitolis librũ שערי
צדק .i.Portarũ iuſticiæ conſcripſit,& ſcripſere cõmentatores circa ar-
borem decẽ numerationũ multi multa, q cauſam hanc inuolutã euoluũt,
& totã fere ſacrã ſcripturã ueterẽ in has decẽ numerationes,& per eas in
decem ipſa dei noĩa,& p ea in unũ Tetragrammati nomen,redigunt atq;
reducunt,affirmantes ꝙ Enſoph ſit Alpha & O,qui dixit,Ego primus &
ego nouiſſim⁹.Et ꝙ כתר .i.Corona regni oĩm ſeculorũ ſit fons ſine fun
do & אב הרחמים .i.miſericordiarũ pater,cuius myſterium illud
eſt ꝙ Ehieh ſigillat per Emeth,hoc eſt eſſentiã p ueritatem.Sicut nobilis
ille dictator ait Eliezer Haklir אמת חותמו .i.Emeth eſt ſigillum
eius.Probat hoc ratio arithmetica quam imitantes ſi multiplicauerimus
Ehieh p Ehieh ſurgent quadringenta qua draginta & unũ,q̃ ſimul ſunt
אמת hoc eſt uerũ ſeu ueritas,ſicut אדני שלום .i.Dñi pax.Plu
ra huc reducunt,ut Aleph magnũ,timorẽ dñi,lucem inacceſſibilem, dies
æthernitatis,ut eſt illud,Egreſſus eius ab anterioribus a diebus ſeculi.Sic
ſcribit ĩſignis Cabaliſta Tedacus Leui in lib.de decẽ numerationibus.Ad
ſecundã aũt numerationẽ q̃ eſt ſapiẽtia referũt̃ hęc,ex attributis aut ꝓprie
tatib⁹,prĩogenitura.Ies,i,ens.Lex primitiua.Iod litera prima tetragrãmati,
terra uiuentiũ,triginta duæ ſemitæ,ſeptuaginta legis ſpecies,bellum,iudi
cium,Amen,liber,ſanctũ,uoluntas,principium,& alia id genus.Et forte
mirũ eſt ꝙ ſecunda numeratio dicatur principiũ,legit̃ nã ꝙ in Racanat
excellẽti Cabalę Magiſtro circa Geneſeos initium hoc modo ואולי
תשאל שהחכמה היא ספירה השנייה למה
קראת ראשית: .i.Et forte quæres,cũ ſapientia ſit numeratio ſecũ
da,quare dicat̃ principiũ.Scriptũ eſt em̃ ĩ libro Bahir אין ראשית
אלא חכמה .i.Nihil eſt principiũ niſi ſapiẽtia. Cur eq̃dem recte
mihi uidear reſpondere,ꝙ infinitudo ipſa trium ſummarũ Cabaliſticę ar

boris numerationũ quas uos treis in diuinis ꝑſonas appellare cõſueuiſtis
abſolutiſſima eſſentia quum ſit in abyſſo tenebrarũ retracta,& immanẽs
ocioſaq; uel ut aiunt ad nihil reſpiciẽs,iccirco dicitur אין .i.nihil ſiue nõ
ens ac non finis,hoc eſt אין סוף quia nos tam tenui erga res diuinas
ingenii pauꝑtate mulctati de iis q̃ nõ apparent haud ſecus atq; de iis quæ
non ſunt iudicamus.At ubi ſe ita oſtenderit ut ſit aliqd & reuera ſubſiſtat
tum Aleph tenebroſum in Aleph lucidũ cõuertitur,ſcriptũ eſt em̃,Sicut
tenebræ eius ita et lux eius,& appellatur tunc qdem Aleph magnũ,qñ exi
re cupit,& apparere oĩm rerũ cauſa per Beth proxime ſequentẽ lite ram
De qua ſic ſcribit Mnahem Racanat על כן תמצא האות
הזאת פועלת הדברים כלם .i.Sic repies literã hanc ſci
licet Beth facientẽ res oẽs,quaproꝑter Aleph eandẽ uti propinqſſimã &
& fœcũdiorẽ literã ſibi recipit,noĩaturq; אב pater oĩs gñationis & pro
ductiõis.Deinde aſſumptum Beth,rurſus ablegat in uniuerſitatẽ entium,
ex infinito אין finem ſuum conſequi deſyderãs,quare finalẽ literã Nun
coniungendo Beth generat בן .i.filium quæ prima eſt productio in dei
tate,ac principiũ alteritatis,unde cognoĩatur ראשית .i.Principiũ, tã
& ſi eſt ſecũda emanatio ex infinitudine,hoc eſt ſecũda Cabaliſtica nume
ratio,ꝑ quã oĩa facta ſunt.Scriptũ eſt em̃.Oĩa in ſapiẽtia feciſti,hoc modo
primus efflux⁹ fit ſecunda numeratio,qa terminus gñationis eſt filius. Re
ſtat tertio mediũ inter Aleph & Nun q̊d eſt Iod,nota ſancti noĩs יה cui⁹
ambos characteras ſi alternis uicib⁹ noĩ בן intertexueritis erit בינה
intelligentia prudentia ſeu prouidentia,ſcilicet emanatio in diuinis tertia,
cui attribuiť Adonai,ſpiritus,aĩa,uotũ,myſteriũ fidei,mater filiorũ,rex ſe
dens in throno miſerationũ.Iobeleus magnus,Sabbathum magnũ,funda
mẽtũ ſpirituũ,lumẽ mirificũ,dies ſuꝑma,qnquaginta portę,dies propici
atiõis,uox ĩterior,fluui⁹ egrediẽs de paradiſo. Lr̃a ſecũda Tetragrãmati,
pœnitẽtia,aquæ profundæ,ſoror mea,filia patris mei,& alia.Hucuſq; no
tauimus tres numerationes q̃ dicũtur a Cabaliſtis teſte Rabi Iſhac in cõ
mentariis libri Ietzira ספירות העליונות כסא אחד .i.
Tres numerationes ſummę atq; ſuꝑmæ ſedes una,in qua ſedet Sanctus
Sanctus Sanctus dñs deus Sabaoth. Bonitati ſiue clementiæ q̃ eſt quarta
numeratio,cũ diuino noĩe El appropriãtur etiã hęc,gr̃a,miſericordia,bra
chiũ dexterũ,ĩnocẽs,dies terti⁹,ignis cãdid⁹,facies leonis,pes prim⁹, Abra
hã ſenex.Oriẽs,aquæ ſuꝑiores,argẽtũ dei,Michael,ſacerdos,angel⁹ in ſpe
cie electri Haſmal,ueſtes albę,auſter,& alia.In qnta numeratione ſeuerita
tis diuinũ nomẽ eſt Elohim & applicãť ei timor, ꝓprietas rigoris ſeu gra
uitatis,p̃cepta legis negatiua,brachiũ ſiniſtrũ,ignis egrediẽs ab aqs,ut ĩ li
bro de creatiõe.Itẽ dies quart⁹,occidẽs,gabriel.Iſhac ſenex.nox.fortitudo.
altare aureũ,pes ſecundus,ſanctificatio.caligo.Metattrõ,aqlo ſpẽs fuſca.

Sextæ applicat̃ Eloha,ſpeculatio illuminans,lignũ uitæ,uoluptas,linea me
dia,lex ſcripta,ſacerdos magnꝰ,ortus ſolis,ſpecies purpurea.Et ſcribit Te
dacus Leui ꝙ de hoc loco explanant̃ ſeptuaginta nationes in terra ,& ſi-
gillum eius eſt Emeth Adonai,& uocatur pax,& forma eius figurat̃ in lu
na,& myſteriũ eius eſt tertia litera Tetragrammati, & myſteriũ hoc Pa-
ter noſter qui eſt in cœlis,homo ſupernꝰ ſeu Adam cœleſtis,iudicium,ſen
tentia.Michael.Iſrael ſenex.Deus Iacob.Ad ſeptimã referunt̃,Adonai Sa
baoth,crus,pes,colũna dextera,rota magna,uiſio prophetiæ,Moyſes &c.
Octauæ conueniunt Elohe Sabaoth.Myſteriũ columnæ ac pedis ſiniſtri
& Booz,& inde trahitur ſerpens antiquus,diſciplina dñi,ramus,Aharõ
Cherub,filii regis,molæ molentes & alia.Nonę appropriat̃ Sadai,funda
mẽtum mũdi,ſion,fons piſcinarũ,iuſtus,deus uiuus.Sabbathũ integrum.
Medium inter cuſtodi & memento.Dies quinquageſima de Leuiathan,
Aries.Ioſeph iuſtus.Salomon.iuſticia.robur.lignum ſcientię boni & mali,
Fœdus dñi,arcus teſtimonii,gloria dñi,fundamentum prophetię Dauid.
Redemptio.Seculum aĩarum.Reducunt̃ & ad decimam numerationem.
Adonai,regnum,uita,cherub ſecundus.Speculatio non illuminãs.Poſte
riora.Finis.Eccleſia Iſraelis,Sponſa in canticis canticorũ.Regina cœli.Vir
go Iſrael.Myſterium legis ab ore datæ.Aquila.,Litera quarta Tetragrã-
mati.Regnũ domus Dauid.Templũ regis,dei ianua,arca fœderis,& duę
tabulæ in ea.Dominus uniuerſæ terræ.Audiſtis breue rationariũ decem
proprietatũ ſiue notionũ aut attributorũ in diuinis,q̃ dicũt̃ a Cabali
ſtis בלימה quod intelligunt alii בלי .i. abſq; uel p̃ter,& מה .i.q̃d
ut ſi diceret̃ decẽ p̃ter q̃d,ſcilicet excepta dei q̃dditate. Vnde interp̃tari
ſolẽt Belimah hoc eſſe p̃ter id q̃d eſt ineffabile, alii ab ipſo בלום
פיך ולשונך מלדבר .i. coartando ſeu cõſtringendo linguã
tuam ne loquaris,tanq̃ uerba ſacra q̃ non ſint uulgo prodenda. Dicẽdum
nunc eſſet de angelicis principibus & dæmoniacis p̃fectis q̃s ad latera cle
mentiæ & ſeueritatis ponunt Cabaliſtæ,rem profecto indigentẽ multilo
quio,ſi non meridiem tranſgreſſi ueheremur in ueſperũ.Quis em̃ paruo
in tp̃e tam magna exponere? Quis triginta quinq; principes puritatis,ac
ſeptuaginta principes Iſmaelis in latere numerationis quartæ tam cito ab
ſoluere? Quis item in numeratione quinta grauitatis atq; timoris pariter
triginta quinq; principes reatus,& ſeptuaginta prĩcipes Eſau tam obiter
& tam p̃functorie poſſet ſatis explanare? quæ propria q̃dem uolumina
poſcunt,& certe admodum lata,quare his in p̃ſentia intermiſſis proceda-
mus ad artem.Beatitudo inq̃ cõtemplantiſſimorũ hoĩm pro electiore mo
do a meditatione legis hoc eſt uiginti quatuor librorũ q̃s Eſſrim Varba
noĩamus diurna & nocturna pendere ſacris ex literis dep̃henditur.Scri-
ptũ eſt em̃,beatus uir inter cætera q in lege eius meditabit̃ die ac nocte,nõ

qui legat, non q ſcribat, nõ qui loquatur. Sed qui meditetur, ne forte ſcriptio legis aut lectio qñq; terminata & deſinens, etiam beatitudinem ceſſare ac deſinere compellat. Sed is tandẽ q cogitationes in corde ſuo illuc cogit, ut dimiſſis carnalibus, ſpiritualia legis meditetur, is inq̄ is beat⁹ eſt, cũ corde mundo deum uidebit. Non eñ tanta erat meo arbitratu diligẽtia opus ad ſacræ ſcripturæ hiſtorias q̄ tã patẽt hebræis, q̄ Tit⁹ Liui⁹ latinis. Itẽ ad mãdata & p̄cepta q̄ numerũ habent, tũ ad religiones & cerimonias q̄ rudi ac indocto etiã uulgo uel ſępe nõ ſine uitio ac peccato ꝑagũt, unde nõ mereãt tantã beatitudinẽ q̄ corporeis ſenſibus cõſtãt, ut ad illa reqrãt tã aſſidua, tã cõtinua, & tã diligẽs meditatio diei atq; noctis. Sed longe maior beatitudo in theoriæ gradib⁹ ſublimioribus inueniri poſſe demõſtrat q̄ ad legis Cabaliſticam intelligentiam uſq; adeo tendat ut ſpiritali meditatiõe mẽtes nr̃as imbuat, & quaſi in ſimilitudinẽ ſui formet. Hanc eſſe cõiicim⁹ legis meditationem q̄ Moyſi poſt datam in igne legẽ & fractis iam reparatiſq; lapideis tabulis tãdem ab ore dei tradita eſt. Primo nanq;, ut aſſerunt Cabalæi, deus legem ſuã in globum igneum conſcripſit ꝑ ignem fuſcum ſuper ignem candidum, ait enim Ramban Gerundenſis שבא לנו בקבלה שהיתה כתובה באש שחורה על גבי אש לבנה׃ .i. Q̃z apparet nobis ꝑ Cabalã, ꝙ fuerit ſcriptura in igne fuſco ſuꝑ dorſum ignis candidi. Vnde illud extat deuteronomii xxxiii. De dextera eius ignea lex eis. Erantq; tũ literæ ut aiunt confuſę ac inglomeratæ, quas ſtudioſiſſimi quiq; ſpeculatiue intuẽtes ac diligẽter conſyderantes ſpiritu ſancto ducti facile poſſent hinc & inde ſuſq; deq; ultro citro prorſus rurſus eligere legere colligere ac in uerba quælibet formare ſententiã in bonis bonam in malis malã ſignificantia. Deo aũt Moyſes edoctus in ordinẽ cunctas redigebat populo edendas, ut q̄ legis eſſent uniuerſi ſcirent & obſeruarent, & inde lex in libros diſtincta & in arcã repoſita eſt, ſicut ipſe recepit a dño. Artem tñ ordinandi & uariandi literas & ſacram ſcripturã ad mentis eleuationẽ dulciſſime interp̄tandi a diuina tunc maieſtate receptam, ut rem diuiniſſimã a rudibus inꝑceptibilẽ, uulgo non patefecit. Sed electis tñ Ioſue & ſeptuaginta ore ad os tradidit, a quibus poſtea ſemꝑ electiores quiq; receperunt, & eã receptio, ut ante audiuiſtis, noĩata eſt Cabala. Nonnihil aſtipulant̃ etiã ſapientiſſimi chriſtianorum doctores q̊rum plurimos ego quanq̄ Iudæus tñ libenter in aliena caſtra tanq̄ explorator irrepens legi. De noſtro enim Moyſe Gregori⁹ Nazianzenus ille græcus cognomento magnus theologus in libro de ſtatu epiſcoporũ ſic ait. δέχεται νόμον, τοῖς μὲν πολλοῖς, τὸν τοῦ γράμματος· τοῖς δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, τὸν τοῦ πνεύματος .i. Accipit legem, ipſis qdem multis eam q̄ eſt literæ, ipſis aũt ſuꝑ multos, eam q̄ eſt ſpiritus. Et in libro primo theologię βούλεται οὕτω πλαξὶ στερραῖς καὶ λιθίναις ἐγγράφεσθαι, καὶ ταύτας ἀμφοτέρωθεν διάτε τὸ φα

νόμενον τοῦ νόμου καὶ τὸ κρυπτόμενον. τὸ μὲν τοῖς πολλοῖς καὶ κάτω μένουσι, τὸ δὲ τοῖς ὀλίγοις καὶ ἄνω φθάνουσι .i. Vult ita tabulis ſolidis & lapideis cōſcribi & iis altrinſecus propter manifeſtum legis & occultū, illud q̄dem multis & inferius manentibus, hoc aūt paucis & ſurſum p̄uenientibus. Quibus è uerbis apparet q̄buſdam ualde doctis etiam ueſtris hoībus ꝙ Moyſes legis textū plebi tradiderit, at myſteria parabolas & ſymbola ipſi ſibi ac p̄ſtantioribꝰ reſeruarit. Eam Cabalæ artem in tris uias diuiſam fuiſſe accepimus, Salomonis teſtimonio q̄ xxii. prouerbiorū ait. Certe ſcripſi tibi tripliciter conſulto & è ſententia ut notificarē tibi rectitudinem eloq̄orum ueritatis. Sic em̄ gens nr̄a loqui cōſueuit cū habēda eſt Cabalę mentio ut appellēt, eā אמרי אמת .i. eloq̄a ꝟitatis ſcripta ſcilicet על דרך האמת .i. Secundū uiam ueritatis q̄d eſt Cabalæ. Hic mos fuit ægyptio & Gerundēſi cæteriſq; creber. Alii uero quinq; Cabalæ partes exhibuerūt ut Rab Hamai ī libro, Speculatiōis quas ita nominat תיקון וצירוף ומאמר ומכלל וחשבון .i. Rectitudo & cōbinatio & oratio & ſententia & ſupputatio. Veſter Mirandulanus in nongentis concluſionibus ſcripſit his uerbis. Quicq̄d dicant cæteri Cabaliſtæ, ego prima diuiſione ſcientiam Cabalæ in ſcientiā Sephiroth & Semoth .i. numerorum & noīm tanq̄ in practicam & ſpeculatiuā diſtinguerē. Sed Rabi Ioſeph Bar Abraham Salemitanus & Cabaliſtarū multo maxima pars ſequunt̄ Salomonem regē, in eo ꝙ tripliciter illam poſſe artem non tm̄ ſpeculari, uerū etiam practicari plane credunt, iuxta triplicē rerum oīm conditionem, numerum figurā & pondus, quippe illa quinq; in hæc tria reducentes. Cum em̄ totū negociū ſit allegoricū, & aliud pro alio ꝑ aliud intelligat̄, ut ipſa ſentētia ſit alia pro alia. Dicemus palā, ꝙ aut dictio pro dictiōe ponit̄ aut lr̄a ꝑ dictiōe, aut lr̄a pro lr̄a. Principio nēpe dictio ſumit̄ pro dictiōe, uel ꝑ trāſpoſitionē q̄ metatheſis nūcupat̄, uel ꝑ numerū æqualem dictiōibus incluſum. Litera ponitur pro dictione uel in capite uel in fine uel ubilibet ꝑ ſuppoſitam notam. Litera ponitur pro litera ꝑ alphabeticariā reuolutionem, plane totum, ut oīs tandem proportio compleat̄ arithmetica geometrica & muſica. Verbi cauſa, illud pſalmi xxi. Dn̄e in uirtute tua lętabit̄ rex, intelligimus Cabaliſtice de Meſſiha dicentes. Dn̄e tetragrammate in uirtute tua Meſſiha rex, ſubaudiatis uenit uel op̄atur. Eſt em̄ Meſſiha uirtus dei & op̄atur in uirtute tegrāmati ad id me ducit hęc dictio ישמח cuiꝰ ſi literę tranſponant̄ erit משיח .i. Meſſiha. Alio item in loco dominus dixit ad Moyſen, qm̄ p̄cedet te angelus meus. Exodi. xxiii. Ecquis eſt ille angelus, iuxta Cabaliſtas? dicūt alii ꝙ Michael, tranſponendo em̄ literas מלאכי fit Michael, alii accipiētes illum ſecundū artis Cabaliſticę modum, affirmant ꝙ ſit Metattron, eo ꝙ deus aiebat qm̄ eſt nomen meum in illo. In Metattron aūt eſt nomen Sadai ꝑ numerū æqualē utriſq; dictio

nibus incluſum,q̊d mirifice amplectitur Gerundenſis in loco ante citato.
Cernitis iam duas Cabalę ſymbolicas uias? Quin uultis q̊q; tertio literam
uidere pro dictiõe reponi? Legite Iſaiam capite lxv. Bene dicetur in deo
Amen. Ecq; eſt iſte deus? Cabaliſtæ reſpõdebũt ꝙ eſt אדני מלך
נאמן .i. Dominus rex fidelis,tris em̃ has dictiones per capita,tres lr̃æ
אמן notabũt,ut ſcripſit Racanat Exodi xv. Quarta ſpecies & tertia Ca
balæ pars eſt commutatio literaria,ut dictio certis literis ſcripta ſymboli
ce deſignet aliam dictionẽ ꝑ alias literas compoſitã,& fit per alphabetica
riam reuolutionẽ iuxta librum creationis Abrahæ uariationibus uiginti
duabus,ſecũdũ ꝙ ibi tot alphabeta leguntˀ. Exemplũ p̃bet nobis Mazpaz
nomen dei q̊d literis his quatuor conſcribitˀ מצפצ de q̊ Mirandula
nus ueſter ſic ait. Nomen dei quatuor literarũ q̊d eſt ex mem. zade.pe &
zade regno Dauidis debet appropriari,cunq; illud in ſacræ ſcripturę tex
tu plane non legatur,cuius nam rogo eſſe ſymbolũ ꝓhibebitur? Reſpon
dẽt Cabaliſtæ,ꝙ ſit ſymbolũ atq; ſignaculum Tetragrammati ineffabilis
& procedit ex alphabeto ultimo q̊d eſt uigeſimum ſecundũ libri ꝗ noĩatˀ
Sepher Ietzira,diciturq; Ath bas,illic em̃ commutantˀ iod pro mem,& he
pro tzade,& uau pro pe,ut ſit Mazpaz Adonai Iod he uau he. Dixi mõ
ad artem ꝑtinentia q̃ fit uel tranſuerſis uel tranſpoſitis uel commutatis di
ctionibus,ſyllabis aut literis,ſecundũ quatuor rõnes q̱bus ſcripturarũ ſen
ſa ingenioſe ac artificioſe allegorizãtur. Nam de iis quæ ſine arte conſtãt
& ſola traditione fiunt Atechna,ſatis ſupq; uos feci certiores,quanq̃ ante
ipſi ambo q̃ ueſtra profeſſio eſt haud parum multã de illis cognitionem
proprio ſtudio adepti eſtis q̊ ſcilicet modo ſimplicia de compoſitis & ſupe
riora de inferioribus abſtrahãtur,ac fere oĩa in mũdũ intelligibilẽ aut ſuꝑ
ſup̃mum & incompabilem referãtur. Poſſunt & pietatis argumenta non
nulla ſæpe nobis legendo ſanctas literas in mentẽ uenire q̃ ad diuinorum
admirationẽ primũ,ac etiã tũ in amorẽ eorũ nos alliciãt,nec tñ certa qua
uis arte tradi queant,ut ꝙ Gabriel fortiore ſit uirtute q̃ Michael,q̃m de
eo legitur in Daniele duplex uirtus uolando uolans. De Michael aũt ſolũ
ꝙ uenit in adiutoriũ,quare inter intelligentias Gabriel philoſophice uir
tus reputatur intellectus agentis,& Michael uirtus intellectus paſſibilis.
Ita ſcribit Rabi Leui Ben Gerſom ꝗ a latinis noĩatur Magiſter Leo de Ba
nolis. Plurimũ cõferre mihi uidetur, Philolaus inquit,ad artem Cabaliſti
cam optime Simon id q̊d tu Atechnon appellas,niſi em̃ habeantˀ in mani
bus reuelata maiorũ q̃ recte q̱dem ſub artem cadere non putas, eſſet oĩs
q̱tumcunq; temeraria oĩbus conceſſa exponendi licẽtia & uertendi ſacrã
ſcripturã q̊rſum q̱ſq; uellet, queãdmodũ accepimus uulgarios q̊ſdam ſo
phiſtas agere ut hac ętate uideantur ſuis ſyllogiſmis illa ſanctiſſima diuini
ſpiritus oracula prope in publicũ contemptũ adduxiſſe. Nunc aũt q̃n ad
reuelata

reuelata ſunt (ut arbitror) applicanda uniuerſa, ducitur quędã linea, quã
ultra citraq; nequit cõſiſtere rectum, ut q̃ artis ſint, opa peſſimorũ hoĩm
non uergant ad inertiã. Tum Simon. Aperte uera p̃dicas inquit, fere nãq; C
eſt aliud nihil q̃d plus erranter ad ſenſa cuiuſq; retorqueatur q̃ oracula,
tametſi non id ſemp malicia fit, ſed plus ſæpe ignorantia, quis em̃ dedita
opera piaculum ĩ ſacra cõmitteret? Ita Saul q̃ndam uerbi ambiguitate de
ceptus errauit ab oraculo, cum promiſiſſet deus Exodi xvii. אמחה
את זכר עמלק .i. Delebo memoriã Amalek, credens ſi mares ab
ſtuliſſet ſatiſfieri p̃cepto, qm̃ זכר maſculũ ſignificaret. Deus aũt magis
deleri memoriã Amalek per hoc uocabulum זכר uoluit q̃d memoriam
q̃q; deſignat. Nondum em̃ erat ſcripturæ diſtinctio p̃ puncta & accentus
q̃ ab annis Ezrę primũ cœpit. Ergo זכר ſine punctis & memoriã & ma
ſculum enuncians Sauli occaſionẽ dedit ruinæ. Ad hęc Marranus. Conti
git & Italis & græcis ſimile de uerbo φως q̃d & hoĩem ſignificat & lumen.
Vnde q̃ndam ſaturnaliorũ cultores amphibologia decepti hoĩem aliquẽ
q̃tannis Saturno immolarunt, cum æque ſacrificiũ illud iuxta oraculũ ac
cenſis luminibus fieri potuiſſet ut placaret̃ Saturnus. Sic em̃ gens illa tam
ſtulta poſtremum Hercule magiſtro reſipuit. Et miſerandũ eſt etiã ætate
noſtra q̃tum ſtolidi hoĩes & ſupbi quidam ſophiſtæ imperitia linguarum
errent, q̃d eſſet tñ ferendum, niſi ſe non erraſſe contenderent, & mõſtran
tibus uiam nõ etiam uſq; ad internecionẽ inuiderent. Sed o noſter dux ar
tem Cabaliſticã cui9 exordiũ inchoaſti proſequere plenius. Tum Simon, D
Artem hanc rebus cõſtare tribus inquit, peritiorũ ut diximus opinio eſt.
Primũ numerorũ ſupputatione q̃ גימטריא .i. Geometria noĩatur,
quaſi terreſtriũ characterũ inuicem numeralis dimenſio, q̃ tñ pendeat ab
arithmetica illa ob abſtractam ſui ſimplicitatẽ nullis ſenſibus tractabili, &
ideo ne nouiciorũ q̃dem artificio rudi ſubiecta. Potius igit̃ nuncupata eſt
prima pars Geometria q̃ arithmetica q̃uis utrunq; reuera unũ & idem in
hac arte ualeat. Deinde tranſmutant̃ q̃nq; ſyllabæ ut ſit & tranſmutata di
ctio aut conuertitur uerbũ ſimpliciter. Secundo q̃ litera ponitur pro dicti
one & appellatur Notariacũ ab apicibus notariorũ, qm̃ ibi quęlibet litera
in culmine notatur, ut ſit alicuius integri uocabuli ſignum. Tertio cõſiſtit
hæc ars in literarũ mutuatione, cum altera pro altera ingenioſe locatur, &
appellatur commutatio, q̃ factũ eſt ut Rabi Ioſeph Minor Salemitanus li
bros de hac arte a ſe conſcriptos Hortũ noĩauerit, id eſt גנת propter
ternas huius dictionis literas, quarũ ſingulæ ſingulas portiones artis Ca
baliſticę deſignãt. Nã gimel ſignificat גימטריא Nun נוטריקון
Thau תמורה Vt ſint partes toti9 artificii hæ גמטריא .i. Arith
metica נוטריקון .i. Notariacũ quaſi notatoriũ, & תמורה .i. Cõ
mutatio elementorũ. Huic titulo allegat autor uerſum Salomonis capite

ſexto Canticorum. Deſcendi in hortũ nucis. Pro prima itaq; parte exordi ar ab eo q̊d eſt principium. Et ſcribitur in Zacharia ꝙ dñs Tetragramma tus erit אחד .i. unus, & nomen eius אחד .i. unum, forte multo uerius dominus deus erit Aleph .i. principiũ, ut uos grę ce dicitis Alpha & O, &
D חד .i. unum, ut q ſit principiũ unius. Ipſe nanq; ſupra oẽm unitatẽ & oĩs unitatis ſempiterna origo eſt. Et forte non dicitur unum ſicut non dicitur ens, qm̃ eſt ſupra omne ens a q̃ emanat quicqd eſt. Vnde a contẽplantiſſi mis nominatur אין id eſt non ens, ut legitur Exodi xvii. היש יהוה בקרבנו אם אין .i. Num eſt ens Adonai inter nos an non ens? Legit̃ aũt in libro de Via fidei & expiationis, ꝙ ſit utrũq; היש ואין .i. Ens & non ens, qm̃ ea q̃ ſunt, et ea q̃ non ſunt, ex ip̃o ſunt, & poſt ipſum ſũt. Ita q̊q; nõ unum eſt, qm̃ oĩs unitatis cauſa eſt, & unitas poſt ipſum eſt, & nihil eorum eſt tam quæ poſt ipſum ſunt q̃ q̃ nõ ſunt, ut in libro Spe culatiõis, Rabi Hamai qui poſt multa ſic ait שכלם נאצלים מאחדותו והוא אינו דומה לאחד .i. Q̃ oĩa ea de riuantur ab unitate ſua & ipſe nõ eſt ſimilis ipſi uni. Neq; id ſolũ noſtri fa tentur uerũ etiã aſſeuerant Marrane ueſtri pariter q̊s eſſe ſapientiſſimos probatis. Dionyſius em̃ Areopagita in libro de Myſtica theologia eidem ſententiæ de deo ſubſcripſit his uerbis οὔτε ἀειθμός ἐστιν οὔτε τάξις, οὔτε ἕν, οὔτε ἑνότης .i. Deus neq; numerus eſt, neq; ordo, neq; unũ, neq; unitas. Quid tandẽ eſt? Reſpondit Hieroni Simonides, q̃to magis cogito tanto minus intelligo. Et mihi accidit ſimile, cum exactis oĩbus creatis aſcendero ſupra omne ens, nõ inuenio aliud q̃ infinitũ pelagus nihilitudinis, & fontẽ om̃is entitatis ex abyſſo tenebrarũ manantẽ perenniter. O altitudo, O profun
E ditas, O noſtra infirmitas. At ſatis uideri debet id nos de illo noſſe q̊d ip̃e nobis de ſe reuelauit, quia ſit principiũ hoc eſt Aleph, & Tetragrãmaton q̊d ꝑ aleph ſignificatur, notatq; eſſentiã diuinã, nihil utiq; aliud q̃ הויה
F uidelicet. eſt. q̊d certe propemodũ erit idem cum eſſentia יהוה Nã pro pter æqualem ualorẽ ſcriptura utrunq; coniunxit tanq̃ eius q eſt primus & ultimꝰ, Exodi ix. הנה יד יהוה הויה .i. Ecce manus Tetragrã mati hoiah, quaſi eſt, ſcilicet finis opum & miraculorũ dei, ut patet in decẽ plagis ægypti. Nam alibi ea dictio ſic non inuenitur. Indicat aũt Salomõis Trecẽſis teſtimonio inſtantẽ eſſentiã. Q̃ uero Tetragrãmaton a Iod cœ pit, plane noſtri cauſa factũ eſt, ut agnoſcamus ipſum eſſe punctũ infinitũ & oĩs numeri hoc eſt rei cuiuſcunq; complementũ. Iod em̃ decẽ ſignificat Et in reſolutiõe nоĩs tetragrãmati eſt litera decĩa ſic י יה יהו יהוה Vbi poſt Tetragrãmaton repitur יהו q̊d eſt ſymbolũ ipſius Ehieh, hoc eſt entis ꝑ æqualitatem numeri. Et nihilo q̊q; minus ſignificat eſſentiam creatoris, ut Exodi iii. Ehieh miſit me ad uos, non illa q̃ immanet ſed quæ fluit extra. Eſt em̃ ſigillũ dei יהו q̊ Ehieh ſigillauit mũdũ, & dĩ אמת .i. uerum

uerum,quippe q̃d in ſe ipſum arithmetice multiplicãdo naſcit̃. Tum ſeq̃t
יה nomen eſſentiæ meriti ac retributionis,ut in pſalmis. Si iniquitates
obſeruaueris Iah. Tria igit̃ noĩa eſſentialia in Tetragrammato cernitis.
Ineffabile notat eſſentiã primã. Ehieh eſſentiam in rebus,& Iah eſſentiam
in meritis,& p̃dicant̃ in eo q̃d quid eſt,Idq; appellatur מה .i.quid. Nam
Tetragrammaton יוד הא ואו הא per æqualitatẽ numeri ſigni-
ficat מה utrunq; em̃ continet xlv. Cunq; dixiſſet Moyſes. Quid nomen
eius,qd dicã? reſpõdebat̃ ei. Ehieh. Deinde cõſydera diligẽter ſpũs ſancti
uerba q̃ haud fruſtra ponunt̃ in eodẽ Exodi iii. לי מה שמו מה
.i. Mihi qd nomẽ eius qd? Et uidete lr̃as terminales eorũ,habebitiſq; qua
triliterum ineffabile יהוה cuius principiũ eſt Ehieh. Mediũ Iah, Finis in
finitudo. Partes em̃ eius ſunt יהי יה י quas diuidemus in tria inter-
ualla. Primum eſt יה Secundũ ויה Tertiũ יהי Oĩa ad eſſe ac eſſen
tiam deſeruientia. De Iah legitur Exodi xv. Fortitudo mea & laus Iah. De
ויהי eodem in loco. Et factus eſt mihi in ſalutẽ. De יהי Geneſis primo
Fiat lux. Hęc ambo uerba nouiſſima plurimũ ad mundi opificiũ & rerum
exiſtentiã contulerunt,ut יהי אור ויהי אור Fiat lux,& facta eſt
lux. Et erat ueſper,& erat mane. Fiat firmamentũ,& ſit diſtinctio, & factũ
eſt ita. Congregent̃ aquæ,& factum eſt ita. Germinet terra,& factum eſt
ita. Producat terra,& factum eſt ita. Fiant luminaria,& factũ eſt ita. Semꝑ
addito eo,& factum eſt ueſper & factũ eſt mane. His omnibus(ut reuera
ſint) dep̃hendimus ineſſe ſeminaliter & occulte nomen ineffabile. Solũ
uero Elohim.i.deus,in illis ſex diebus exp̃ſſum cernimus. Sed cum iã mun
dus appareret eſſe ꝑfectus,poſtq; uaria & admiranda diuiniſſimarũ uir-
tutum oꝑa conſummata,tandẽ pro merito triũphus eſſet celebrandus,&
feſtus dies indicendus,ecce cum Elohim Tetragrãmatus rex regũ & dñs
dominantiũ inceſſit,& dictum eſt tum primũ. Iſtę ſunt gñationes cœli &
terræ qñ creatæ ſunt in die q̃ fecit Tetragrãmatus Elohim cœlũ & terrã,
Hic Tetragrãmaton publice auribus oĩm creaturarũ primo intonuit,q̊
intelligimus clementiam dei cũ iuſticia,nam in q̃cunq; loco ſacræ ſcriptu
rę Tetragrammaton ſibi iungit Elohim,ibi proprietatẽ animaduertimus
clementiæ ſimul & iuſticiæ. Componit̃ qñq; cum אדני ut in oratione
Habakuk. Tetragrãmatus Adonai fortitudo mea,& nos ſic legendo, uir
tutem Tetragrammati deſcẽdere intelligimus ad ipſum Adonai prolatũ
Sin ordine conuerſo repitur Adonai Tetragrammatus,ut Geneſeos xv.
Adonai Tetragrãmate qd dabis mihi? tum mente cõcipimus ꝙ numera
tiones hoc eſt diuinę proprietates ab inferiore ad ſupius aſcendentes,ſup̃
mam lucem apphendant. Fit & qñq; ut repiatur iunctum nomen El. Pſal
mo Cxviii. El tetragrãmatus & illuxit nobis,& ſignificat clementiã. Haud
abſimiliter cum additur Elohim,& dicitur ſic. El Elohim Tetragrãmatus

locutus eſt & uocauit terrã. Pſalmo quinquageſimo. tum denotat nomen ineffabile gratia & ſeueritate ueſtitũ. Aliqñ legitur idq́ʒ tm̃ in prophetis & Hagiographis. Tetragrammatus Sabaoth pſalmo xlvi. Tetragrãmatꝰ Sabaoth nobiſcũ, ſuſceptor noſter deus Iacob. Inſinuatq́ʒ hoc modo proprietatem iudicii. Atq́ʒ ideo prophetæ iſto more increpãdo ad ſeueritatẽ utuntur. De huiuſcemodi explanationibus ꝑquirere latius poteritis in libro Portæ lucis, & multo latiſſime in libro Portarũ iuſticiæ Rabi Ioſeph Carnitolis. Adhuc & de tredecim eiuſdem tetragrãmati proprietatibꝰ q̃s legiſlator Moyſes inuocauit Exodi xxxiiii. in hanc ſententiã. Tetragrammate dñe deus miſericors & gratioſe, longanimis, multæ clementię, & uerus, cuſtodiens miſericordiã in millia, tollens iniq̃tatem, ꝑtranſiens ſcelus, atq́ʒ peccatum, & innocens non innocentabit̃, uiſitans iniq̃tatem patrum ſuꝑ filios & ſuꝑ filiorum filios in tertiã & quartã progeniẽ. Vos hic appello uos optimi uiri, hoc em̃ dicere libet certe ſine falſo, qm̃ multis & ſtudiis & uerbis eſſet opus ei q cũcta noĩs tetragrammati myſteria publicare uellet, cuius ne finis q̃dẽ ullus reperitur unq̃, ſicut nec ſubſtãtiæ dei. Obmiſſo itaq́ʒ noĩe proprio eſſentiæ diuinę, oſtendam deriuata numero pauca. Sic em̃ fieri cõſueuit ut pro grãmaticorũ decreto appellatiua de propriis formemus. Sũt aũt hæc אל אלהים אלוה q̊rum unumq̊dq́ʒ originem ſuam ex ineffabili tetragrãmato ſortitum eſt q̊d literas cõtinet quatuor, ecce quatuor, & deſignat xxvi. ecce uiginti & ſex, q̃ oĩa ſunt unũ dei ſymbolum, ecce unũ. Iunge ſingula uidelicet quatuor, uiginti ſex, & unũ, & fit אל cui ſi addideritis terminationẽ tetragrãmati וה naſcet̃ Eloha. Nunc de Elohim ſic dicit̃ ꝙ eius Mem nõ eſt rei ſignificatio, ſed grammatica inflexio, q̊d inde apparet. Nam ſi ꝑ affixum aut regimen conſequẽtię legendũ illud fuerit, haud dubium quin Mem litera carebit, ergo ſi principio tetragrammati Iah ordine conuerſo El addideritis, mox fit Elohi, & aſſumendo declinationẽ grammaticã q̃ eſt Mem in fine pronunciabit̃ Elohim, q̊d & ſæpe per literas ineffabilis ſcribit̃, & Elohim nihilominus punctatur. Eſt aũt in Cabala frequẽs ordinis conuerſi uſus, & magna eius uirtus uirtutiſq́ʒ laus, cum q̊quomodo ſyllabæ tranſponant̃ ꝙ abſq́ʒ diminutione tñ eædem manent literę, licet ſæpe non eædem ſignificationes, cuius rei Abraham in libro Ietzira meminit cum ait זכר ונקבה זכר באמש ונקבה באשם .i. Marem & fœminã, marẽ in Emes, & fœminã in Eſem, ubi trãſpoſitio literarũ, rei q̊q́ʒ mutationem indicat.

Verbi cauſa לא & אל .i. deus, & nõ, Quod cũ alias frequẽti ſit ĩ more, tñ hoc eſt uehementer admirabile in hoc nomĩe ineffabili, ꝙ eius literæ q̃tumcunq́ʒ hac illacq́ʒ ꝑuertant̃, ſemꝑ unam & eandẽ rem ſignificãt. uidelicet eſſe ac eſſentiam dei q dixit. Ego tetragrammatus & non mutor. Quod iſto uobis uſu erit manifeſtius. Reſoluat̃ tetragrãmaton nomen in

duodecim uariationes (nec em̃ poterimus ultra proficiſci) tunc quicq̃d in
uentum fuerit nulli alii niſi eſſentiæ deſeruiet, cuius ſymbola ſunt hæc.
יהוה יההו יוהה הויה הוהי ההיו והיה ויהה
וההי היהו היוה ההוי: Duodecim igit̃ iſta noĩa, unũ nomẽ
apud Cabaliſtas cenſentur, tanq̃ unius rei ſignificatiuũ, quanq̃ ſunt duode
cim expoſitoria, q̃rum ſingulis applicant de ſacra ſcriptura unã clauſulam
q̃ illud apte ꝑ notariacũ referat, non expoſitionis ſed memoraculi tm̃ loco
ne ſubeat eius obliuio, ut ſi dicerem. Attẽde et audi Iſrael hodie, q̃d legitur
Deuteron. xxvii. hebraice ſic הסכת ושמע ישראל היום
horũ quatuor uerborũ capita notabitis & facient הויה q̃d nomen eſt
eſſentiæ atqꝫ reſolutio Tetragrãmati, pariter de cæteris fiant cætera. Sed
maneamus tantiſper in prima Cabalæ ſpecie, dum adhuc quædã cognitu
neceſſaria uiderimus. Iã em̃ q̃d dixi, de ſecunda parte ſumendũ fuit, aggre
diamur aũt hanc artẽ ſi uultis mẽbratim cæſimqꝫ, modo ne diu in unoq̃qꝫ
immoremur ut diurna opa cũ die tranſeat. Quin id q̃d prius tetigi nũc itẽ
rum breuiuſcule citabo ut firmius hæreat, ꝙ deus ante creationẽ ineffabi
lis, in creatione noĩatus eſt Elohim, & poſt creationẽ habitans in mundo
tanq̃ in templo ſuo dicitur אדני Adonai. Vnde illud legit̃ Pſalmo xi.
Tetragrammatus in templo ſancto ſuo tetragrãmatus in cœlis thronꝰ ei⸗
ut qui dñatur in opibꝰ ſuis. Nam ipſe eſt ut ſcriptura dicit Deuteronomii
x. Dii deorũ & dñi dñorum El magnus, quare templum Cabaliſtice nota
eſt Adonai & cõuerſa uice ꝑ æqualitatẽ numeri. Perinde atqꝫ in Adonai
אדני tanq̃ in ſuo היכל .i. tẽplo adorandus ſit ineffabilis tetragrãma
tus, & deus in deo amandus, iuxta triplicẽ mundũ. Ieremiæ vii. Templum
dñi, templũ dñi, templũ dñi. Reſtat aliud nomen appellatiuũ שדי .i. Sa
dai. Exodi vi. Ego tetragrãmatus, & apparui Abrahã Iſhac & Iacob ꝑ El
Sadai, & nomen meũ tetragrãmaton non feci ſciri eis, ubi ſolũ hoc appel⸗
latur nomẽ ſuũ q̃d eſt ineffabile, q̃a hoc tm̃ eſt ſummo deo propriũ quate
nus ipſe eſt nihil eorũ q̃ ſunt, ſed ſupra oĩa eſt, non habens reſpectũ extra
ſe. Cætera ſunt etiã aliarũ proprietatũ & relationũ appellatiua, ut Sadai,
q̃d latini uerterũt dicentes oĩpotens, ſed aptius hebraice ſignificatur Sibi
ſufficiens, ſe contentus, & nullius indigens, q̃d græci rectius αὐτάρκης iter⸗
pretantur. Nam ש id eſt ꝙ, & די ſufficit uel ſatis eſt, grãmatice dicimus
Cæterũ ſi audieritis ſolitarie in ſacris uocari שם .i. nomen, confeſtim Te
tragrammati uobis in mentẽ ueniat, q̃d κατ' ἐξοχὴν & hyperbolice nomẽ di
citur ſuper omne nomen q̃tumuis in ſermone quotidiano rei oĩs ſit q̃ ha⸗
beat exiſtentiam. Sadai aũt qm̃ non eſt ei opus alterius adiutorio, ideo pa
tribus in El Sadai hoc eſt in forti qui ſe ipſo contentus ſit Tetragrammatꝰ
apparuit ut qui per ſe ſufficiat miracula & prodigia facere, non aũt fecit il
los ſcire ꝙ nomen Tetragrammaton ſit illud nomen in quo poſſit homo

tanquam cooperator & delegatus a deo efficere miracula, de hoc apertiꝰ
in Capnione de Verbo Mirifico. Eſt præterea ipſius Sadai miniſtratoriꝰ
ſpiritus Metattron per æqualitatem numeri ſic nominatus, qui dux & mõ
ſtrator uiarum eſſe perhibetur, quod poſtea ſi me commonueritis tracta-
bimus apertius, Accedit aliud nomen Sabaoth quod hebraice ſic legitur
צבאות & ita dicuntur exercitus, quorum primus eſt intelligẽtiarum
omnino ſeparatarum & angelorum. Secundus motorum orbium & aſſi-
ſtentium uirtutum. Tertius animarum corpora informantium, & non in-
uenitur niſi poſt nomen dei. Vnde tripliciter quoqꝫ legitur Sanctus San
ctus Sanctus Tetragrammatus Sabaoth. Iſaiæ ſexto ac aliis in locis ſimili-
ter. Omnis igitur primæ partis Cabalæ ſtatus qua procedat inſtitutiõe au
diuiſtis. Nam cum totus in ſacrorum uerborum commutatione conſiſtat
& quælibet uerba bifariam alterentur, neceſſario fatebimur ei parti duas
ſubeſſe ſpecies, alteram quæ ſit ſyllabarum aut dictionum tranſpoſitio, al
teram numerorũ æqualitas. Vt ſi uerbi cauſa legero Iſaiæ quadrage-
ſimo מי אלה ברא Id eſt. Quis hęc creauit? & Cabaliſtice trãſ
ponam duo hęc, cõuertãqꝫ in אלהים tũ actu redibit exordium Ge-
neſeos בברא אלהים pro מי אלה ברא ut ſtet ſententia, qs
hæc creauit? Deus creauit. Et Ezechiel ſedit ad fluuium Chobar. i. ad influ
entiã cherub, tranſponat eũ כובר & fit כרוב Et Nohe inuenit gra
tiam. Geñ. vi. conuertendo eũ נח fit חן Similia cũcta eueniunt ꝑ meta
theſim propter literarũ primariã confuſionẽ q in igneo globo apparuerat
ut licuerit quaſi de chao literas educere atqꝫ eas hinc & inde legere, pror
ſus rurſus, ita primæ partis ſpecies prima conſummatur. Nunc ipſe mecũ
cõſtitui acceſſu mẽbri alterius de parte prima nõnihil exẽpli gratia mõſtra
re, ut ꝑnoſcatis rem liquidius & firmius q̃qꝫ memoria teneatis. Legitur de
Iſhac & Rebecca xxv. Geneſeos ותהר רבקה אשתו. i. & cõce
pit Rebecca uxor ſua. Ex quo diuinare cõmodũ nobis concedit qdnã Re-
becca cõceperit? Quin certe ut uerba indicãt cõcepit Rebecca אשתו
Vos aũt conſyderate uiri doctiſſimi ecqd ſit אשתו In hac primæ par-
tis ſecunda ſpecie per גימטריא. i. numerorũ cõmenſurationem, re
perietis iuxta ęqualitatem numeri ſignificare אש וקש id eſt Ignem
& ſtipulam, utrunqꝫ enim in ſe continet ſeptingenta & ſeptem, concepit
ergo Rebecca ignem & ſtipulam quod ſacra comprobant eloquia teſte
Abdia qui ait. Et erit domus Iacob ignis & domus Eſau ſtipula. Similiter
quando audimus legem fuiſſe latam in ſapientia חכמה Videamus
quæ ſit illa ſapientia quæ ad legem ferendam congruat. Et certe ſunt
edicta & interdicta, iuſſiones & prohibitiones. Symbolum autem eſt
חכמה Id eſt. Sapientia omnium mandatorum dei, cum enim qua-
tuor illius uocabuli elementa de propriis ſcripturis pronunciaueritis,

תית כת מם חי cōflabitur ex eis numerus ſeſcentorū & tredecim mandatorū dei q̄ doctores noſtri תרי״ג appellant. Ad ſummum in hoc genere ſpeculationis primo legis characteres elementa & literas in cōfuſo fuiſſe repoſitas, & hac atq̃ illac legibiles, memoratu dignū erit. Secūdo nullis accentibus aut punctis diſtinctas. Tertio ſingulas alphabeti literas primordiales certū ſignificare numerū, etiā q̃nq̃ terminales, quas longe poſt ille prudens Ezra ſimul cū pūctis adinuenit. Nam primitiuę ſunt duę ac uiginti q̄bus ſolis ab initio ſcriptura oīs depicta extitit, quas uſq̃ ad hęc tp̄a Cabaliſtę locant & diſlocant pro cuiuſuis iucūdę contēplationis amœnitate. Vltimo eſt nobis intentanda uniuerſalis hæc meta q̄ tametſi Cabaliſtæ ſit officiū, aliud legere ac aliud intelligere, tn̄ inuiolabiliter iſtū q̄ſq̃ obſeruet canonē, in bonis bona, in malis mala, ne albo nigrū applicet aut diem nocti. Tum Marranus. Id genus artis, inq̄t, haud ſecus cogitauero q̄ ſi q̄s Dorotheū aliquē appellauerit pro Theodoro, aut pro Nicodemo Demonicū, ſiue pro Demophilo Philodemum. Sicut græci dicere ſolent στωματόφιλον καὶ φιλοστώματον. Ad hæc Simon ait. Certe id q̄d dicis nonnihil quadrat, ſed exēpla enumerādo admodū breui fatigaberis propter aliarū linguarū inopiā q̄ ad hebræam tanq̄ oīm linguarū fontē compatę paupęs ſunt & egeſtatis ſuæ impatientes ut q̄ & reliquarū nationū aſciſcant idiomata. Nec em̄ plenū numerū accipiunt, nec cōpoſitionē utilē admittunt. Quapropter ars iſta in alterius gētis ſermonē traduci minime poteſt. Qz niſi uos pariter hebraice peritos noſſem, fruſtra hæc de Cabala q̄tūlibet paucula uobiſcū egiſſem, aut iam acturus eſſem. Sed propere accedamus ad ſecundā huius inſtitutionis partē q̄ נוטריקון dicitur. i. notariacum q̄d eſt conuentū q̄ddā clam receptū inter Cabaliſtas ut literæ ſingulariæ ſine coagmentis ſyllabarū certa uerba deſignent, quē admodū notariis & actuariis eſt in more, & quondā belli ducū furtiua ſcripta literis unicis incondite repoſitis arcana mentis protulerūt. Eſt adeo Probi grāmatici cōmentarius, ut ſcribit Aul. Gellius, ſatis curioſe factus de occulta literarum ſignificatione, haud aliter forte in huius artificii proſecutione fit q̄ ſi q pacīſcantur inter ſe Iod literā, propter indiuiſibilis puncti figurā ineffabile tetragrāmatō q̄d uulgo dn̄m interp̄tamur notare. Sicut & illud ipſum propter tres עליונות .i. ſummitates ī decē numerationibus q̄ ſunt una & eadē עטרה .i. unū diadema tribus punctis ſignare ſolēt. Aiunt em̄ Cabaliſtæ כי לסוד זה כותבין השם ג׳ יודין בזה ייי .i. Qz ad myſteriū hoc ſcribunt nomen tribus Iod, uti hoc ייי Vbi unicum quatriliterū tribus unicis lr̄is cōſcribit, q̄d uſu q̄tidiano approbat. Fuit & quondā in diebus Antiochi Eupatoris Iudas Mattathię filius. Bellator nobilis & dux belli pro legib⁹, tēplo, ciuitate, patria & ciuibus Iudæorū acer

rimus,contra q̊s cũ iam Antiochus & illius oĩs exercitus irruerẽt,dedit Iu
das angelo monitus cõmilitonibus ſuis ceu belli teſſerã hoc nobile ſignũ
מכבי ut ſe quatuor his literis fortiter in pugna exhortaret̃, promittẽs
ꝙ futurũ eſſet ſignũ uictoriȩ dei,q̊d Iudȩorũ milites aĩo lȩto ĩ uim magnȩ
cõſolatiõis acceperũt,& ſub eo ſignaculo ualide pugnãtes interfecerũt in
caſtris Antiochi uirorũ quatuordecim millia & ingentẽ numerũ elephan
torũ cũ iis q ſuppoſiti fuerãt.Quo factũ eſt ut prĩceps belli Iudas ſic antea
dictus,deinceps ab oĩbus Machabai cognoĩaret̃,eo ꝙ hi quatuor chara
cteres ſyllabice ita ſonarẽt.Cũqȝ tãta eius ſigni uirtute tot ſe crederẽt p̃lio
rũ uictores fuiſſe,admirati ſunt tribuni militũ & ſapiẽtes in Iſrael rogãtes
Iudã q̊nã modo tot triũphi ſub hoc eis dato ſigno cõtigiſſent: & reſpõdit
Iudas Machabȩ9 in iſto ſigno p̃ſenciã eſſe dei oĩpotẽtis ineffabilis. Oſtẽ
ditqȝ illa ṽba Moyſi Exod.xv.dicẽtis מי כמוך באלים יהוה
.i.Quis ſic ut tu in fortib9 tetragrãmate.Hi nãqȝ quatuor characteres hæc
uerba deſignãt tanq̃ eorũ initia,ubi Iod ſignificare nomẽ tetragrãmaton
plane dep̃hẽdit̃,ac eſſe reuera מכבי diuini noĩs lxxii.literarũ ꝑ æqua
litatẽ numeri memorabile ſymbolũ.Eo cõmoti q erãt de Iudȩ exercitu ite
rũ pugnãtes proſtrauerũt nõ min9 triginta qnqȝ millia ut ſcripta indicãt,
p̃ſentia dei mirifice delectati & patria uoce oĩpotentẽ dñm tetragrãmatõ
bñdicẽtes.Hinc ergo ĩtelligitis uerbũ q̊ddã totũ,ꝑ unã poſſe literã ſignifi
cari uel ſi ea demũ ſtet ſingulariter,uel uerbũ q̊dlibet aliud collectiue ꝑfi-
ciat.Sicut tota dictio fert̃ integrã pariter orõnem notare,ut Danielis v.
מנא תקל פרסין .i.Numerauit,põderatũ eſt, diuiſum eſt. Quæ
qdẽ hoc illi Nabuchadnezer rep̃ſentarũt.Numerauit deus regnũ tuũ &
cõſummauit illud.Põderatũ eſt ĩ ſtatera & inuentũ eſt deficiẽs.Diuiſũ eſt
regnũ tuũ & datũ eſt Medis & Perſis. Aut igit̃ una dictio ꝑ lr̃as diſperſa
plures efficit,aut multȩ dictiões ꝑ certas earꝫ lr̃as retractȩ unã colligũt,hĩc
ex multis unũ & ex uno multa.Quod ne utiq̃ mirũ eſſe oſtẽdit duorũ mo-
noſyllaborũ frequẽs uſus ut aiũt Maronẽ ſcripſiſſe ĩ carminib9. Eſt & nõ
cũcti monoſyllaba nota frequẽtãt,iis dẽptis nihil eſt hoĩm q̊d ſermo uolu
tet,ergo tota ferme oĩm hoĩm colloqa,eſt & nõ,ſignificãt.Quobrẽ in hac
arte qs dubitare uelit una litera dictionẽ ĩtegrã,& una dictiõe orõnem ex
tẽſam,atqȝ uerſa uice ſil̃iter una orõne dictionẽ aliquã electã & intẽtatã no
tari poſſe.Vnde oritur occulta quædã & admirabilis epiſtolarũ techno
logia,quam ſæpe imitatus ego, in grauibus periculis & ſummo rerum diſ
crimine lingua germanica,per epiſtolam ſcripſi quæ a latino uiro in Thu
ſcia uel Ethruria cognoſci deſyderabã, & cõuerſo more ſcripſi latine q̊d
alemanũ hoĩem latinitatis imperitũ ſcire uolui.Accipiatis hoc uelim qcqd
tñ illud eſt grato aĩo & ſenſibus imis res eſt nõ parua diligẽter reponatis.

Vſu aũt nobis ueniunt ſi rite operemur huiuſce generis literæ quatrifariã
aut em̃ ſumũtur ab initio uerbi ad aliquid aliud ſignificandũ,ut in exorſu H
Geneſeos יום הששי ויכלו השמים .i.Dies ſextus & pfecti
ſunt cœli, ecce Tetragrammaton,aut a fine cuiuſcunq;, ut pſalmo primo
לא כן הרשעים q̃ tranſpoſitæ faciunt אמן .i.Amen.Hoc nãq;
intelligi uoluit.Non ſic impii,qm̃ non dicent amen,iccirco in Gehennam
mittentur,aut ſunt q̃ ſe offerant ſingillatim quælibet p integrã dictionem
uná cõphenſæ,ut pſalmo tertio Multi inſurgũt aduerſum me.Qui ſunt
iſti multi? Reſpondent Cabaliſtæ רבים ſũt Romani.Babylonii.Iones.
Medi,aut poſtremũ non relatiue ad aliorũ uerborũ conſtitutionẽ deſtinã
tur,ſed earũ quælibet ſecundũ ſuæ proprietatis ſignificationẽ ſumitur,
ut qñ duorũ ſeculorum mentio fit,futurũ ſeculũ Iod litera ſignificat,& lr̃a
he ſeculum p̃ſens,uidelicet iſtum mundum Geneſis ii. Iſtæ ſunt gñationes
cœli & terrę בהבראם .i.in he creauit ea.Nimirũ extrema ſcilicet hęc
de literis conſyderatio ad ſubſtantiã characteris attinet q̊ad ſe,at nequaq̃
ad accidẽtalẽ relationem uti ſupiores tres,q̃tum ad aliud.Sic em̃ iam hac
deſtinatione ſignificant uel iuxta grammaticã inſtitutionẽ res ipſas,poſiti
one prima oblatas,uel numeros arithmetica diſciplina ordinatos,uel non
nullas rationes uerbis magiſtrorũ noſtrorũ applicatas, uel deniq; omnẽ
creaturã a prima cauſa profectã,& rurſus in primã cauſam reducibilẽ.De I
primitiua poſitione literarũ ita monſtrant,ꝙ Aleph ſit uia ſeu inſtitutio,
Vnde dicit̃ Iob xxxiii.Docebo.i.inſtituã te ſapientiã.Beth domus.Pſalmo
xxiii.Habitabo in domo dñi.Gimel retributio.Pſalmo cxvi·Quia dñs retri
buit tibi.Daleth oſtium,fores uel ianua.Geñ. xix.Et prope erant ut frãge
rent oſtium.He ecce.Geñ.xlvii.Ecce uobis ſemina.Vau uncinus retortus.
Exodi xxvi.Quarũ erunt capita aurea.Sdain arma.iii.Regũ xxii. Et arma
lauerunt iuxta uerbum dñi.Heth terror.Iob vii. Terrebis me p ſomnia.
Teth declinatio,per metatheſim thet.Prouerb.iiii.Ne declines ad dexterã
& ad ſiniſtram.Iod confeſſio laudis,Geneſis xlix.Laudabunt te fratres tui.
Caph uola,Eccleſiaſtis iiii.Melius uola plena requie.Lamed doctrĩa. Pſal
mo cxliii.Doce me facere uoluntatẽ tuã. Mem aquæ,Iſaiæ lv. Oẽs ſitiẽtes
uenite ad aquas.Nun filiatio,Iſaiæ xiiii.Filiũ & nepotẽ.Samech appoſitio,
Deuteronomii xxxiiii.Quia impoſuit,hoc eſt appoſuit,Moyſes manꝰ ſuas
ſup eum.Ain oculus,Exodi xxi.Oculũ pro oculo.Pe os,Exodi iiii.Quis po
ſuit os homini,Tzade latera,Exodi xxv.Sex calami egrediẽtur de lateribꝰ
eius.Kuph reuolutio uel circuitus,Exodi xxxiiii.Redeũte anni tpe.i.circui
tu anni.Res egeſtas,Prouerb.x.Pauor pauperũ egeſtas eorũ,alii tñ hære
ditatem ĩterpretãtur.Sin dens.Iob quarto.Et dentes catulorũ cõtriti ſunt.
Thau ſignũ,Ezechielis nono.Signa Thau ſup frõtes uirorum. Iſta eſt lite

rarum grammatica expoſitio, quomodo ſolẽt rebus q̄buſlibet noĩa impo-
nere uel primitiua uel deriuata. Nihil ut arbitror ab altiore ſpeculatiõe ali
enum ſi quis figuratæ locutionis ſtudioſus extiterit. Tum Philolaus. Nos
inquit oportet (ut coniicio) ſenes elementarios fore, q̄bus denuo ferula
ſit opus. Nam interim multo ſtudio ad alphabetũ redacti ſumus. Et Mar
ranus. Certe repuerascimus, hæc eſt Philolae palingeneſia tua illa Pytha-
gorica. Quibus Simon. Nolite, inquit, reſpuere, magna profecto res eſt et
digna philoſophis, ſi Platoni ueſtro creditis, minimeq; ridicula, ut in Cra
tylo Socrati uiſum erat, cognoſcere literas, non em̃ habemus quicq̃ inq̄t
illo melius, q̃ de ueritate primorum noĩm iudicemus. ἐπειδὰν συλλαβαῖς τε καὶ
γράμμασιν ἡ μίμησις τυγχάνῃ οὖσα τῆς οὐσίας, ὀρθότατόν ἐστι διελέσθαι τὰ στοιχεῖα πρῶτον. i.
q̃n quidem ſyllabis & literis imitatio ſit eſſentiæ rectiſſimũ eſt diſcernere
elementa primũ. Vnde puto dicta ſunt elementa quaſi hylementa hoc eſt
materialia ex q̄bus minimis maxima fiunt, ut eſt illud Heſiodi. Si paruum
paruo ſupaddas & ſimul omne cõponas. magnus fors tandẽ fiet aceruus.
Prouehere Simõ, Philolaus ait, oĩa em̃ uere dicis, nos hoc ſermõe cũ tua
uenia iocati ſimus. Tum ille. Ad diſciplinæ arithmeticæ numeros trãſibo
K q̄ literis hebraicis deſignant. Nec em̃ eſt ulla in orbis terrarũ ſpacio alia
lingua cuius literæ q̃ſlibet numeros tam p̄fecte oſtendant. Conati ſunt tñ
nouicii græcorũ Iudæos imitari ut & ſimiliter alphabeto ſuo numeros ex
ponerẽt. Sed erat neceſſe duas ſibi figuras intercalare, tam ſexti q̃ nonage
ſimi, q̃ quidem figuræ literaliter ex ordine alphabeti non ſunt. Schemata
em̃ duo hæc. ς. ϟ. figmenta ſunt hoĩm nouorum imitãdi ſtudio ductorũ
cui rei teſtes Homericos libros citamus. Sane Romani paucos numeros
literis explicant, de qua re Priſcianũ Cæſariẽſem legiſtis olim ad Symma
chũ de numeris, ponderibus & menſuris ſcribentẽ. Faciamus itaq; nume
rorum quatuor gradus, q̃rum primus eſt digitorũ, ſecundus denariorũ,
tertius cẽtenariorũ, quartus millenariorũ. Primus gradus alphabeti figu-
ris notatur ab Aleph ad Teth. Suntq; ſignacula nouem, ſingillatim nume
ros nouem referentia, ut אב גד הו זחט .i. unum. duo. tria. quatu
or. quinq;. ſex. ſeptem. octo. nouem. Secũdus denariorũ ordo, nouẽ q̃q;
continet alphabeti figuras יכ למ נס עפצ .i. Decẽ. uiginti. trigin
ta. quadraginta. quinquaginta. ſexaginta. ſeptuaginta, octoginta. nonagin
ta. Tertius gradus centenariorum habet ſimiliter nouem characteres.
קרשתךםןףץ .i. Centum ducenta, trecenta. quadringenta. quin
genta. ſexingenta. Septingenta. octingenta. noningenta. Quartus gradus
eſt millenariorum, in quo reuertendũ eſt ad priorum numerorũ figuras,
quanq̃ eſſe debent ſtatura grandiores ita ut dicatur magnũ Aleph, quaſi
aleph latum & pronunciatur p̄ patha ſecundũ a Italicũ. Sic beth magnum
q̊d duo millia ſignificat. Inde uſq; ad nouem millia, demum Iod magnum
decẽ millia, quo in ordine q̄dam pro ſtatura ſolent figuras apicibus notare

Deinceps

Deinceps non figuris utuntur,ſed uerbis רבו רבותים .i.mille mil
lia,bis mille millia,& reliqua. Viam iſtã alphabeti numerorũ, maximope
ſunt amplexi Cabaliſtæ,q dicunt annorũ duo millia,initiũ p̃ceſſiſſe,anteq̃
hic mũdus fieret.Eo ꝗ ante ראשית .i.initiũ ſcriptura ponit Beth ma L
gnum dicens בראשית Ita ſapientes noſtri exponunt eum locũ Pro
uerbiorum viii.Dñs poſſedit me initio uiarum ſuarũ anteq̃ quicq̃ faceret
extunc.Quicquid uero millia tranſgreditur,infiniti loco habet̃.Nam finis
numerorũ in ſacris millia ſunt,ut cum uellet Dauid infinitatem p̃cii oſten
dere pſalmo Cxix.dixit Bonum mihi lex oris tui ſup̱ millia auri & argenti
hoc eſt ſine numero.Tertiam nunc ſpeciẽ ſubſtantiæ literarũ breuiſſime M
recenſeamus,quæ ad aliquas magiſtrorũ noſtrorũ intentiones referũt̃,ut
aleph beth illis ſignificat prudẽtiã,et gimel daleth remuneratioñẽ paup̱ũ,
et mem.i.Meamar uidelicet ſermonẽ ap̱tum & ſermonẽ occultũ,& ſic de
aliis,q̃ paulo inferius recitabimus Thalmudicis tñ uſu frequẽtiora.Quar
ta earum literarũ ſpecies conſiſtit in rebus conditis atq; creatis oĩbus, ma
xime q̇dem utilis Cabalæ ſtudioſis,q̊ facilius creaturas reuocare in creato
rem poſſint,id quippe q̊d illius diſciplinę maximũ eſt & ſingulare ſtudiũ.
Literas igitur in ſuum quaſq; ordinẽ locabo ut elementa ſingula ſingulari
ter cognoſcatis,atq; ſic incipiam. Ab aleph uſq; ad Iod ordines ſiue cho
ri angelorũ ſignificant̃ q̊s intelligentias ſeparatas & formas liberales ĩcor
poreas & inſenſibiles philoſophi appellant,progreſſas & deriuatas a uir
tute dei q formam non habet neq; imaginẽ neq; ſimilitudinẽ.Dixit enim
Iſaiæ xl.Cui aſſimilauiſtis me & adæquabor,Et paulo ante.Cui ergo ſimi
lem feciſtis deum? aut quã imaginẽ diſponetis ei? Cęterũ mãſio iſta no
minatur עולם המלאכים .i.ſeculum angelorũ ſiue mũdus an
gelicus.Deinde a litera Caph ad literã zade cœlorũ ordines deſignantur
q dei creatoris uirtute donati ab angelorũ influxu diſpenſant̃, & uocatur
עולם הגלגלים .i.ſeculum orbiũ ſeu ſphærarũ.Porro a zade ad
thau interueniunt quatuor elemẽta cum ſuis formis & ſimul oĩa miſta tã
uiuentia q̃; non uiuentia q̃ a dei uirtute pendẽt q̇bus influit eſſe & uiuere,
ut eſt in Iſaia.Creans cœlos & extendens eos,firmans terrã & q̃ germinãt
ex ea,dans flatum populo q eſt ſup̱ eam,& ſpiritũ calcantibus eam ſeu am
bulantibus in ea.Dirigunt̃ aũt ab influentiis angelorũ & ſphærarũ atq;
totum id uocatur עולם היסודות .i.ſeculũ elemẽtorũ,& in eo eſt
homo q appellatur עולם הקטן .i.ſeculum paruũ,q̊d græci dicunt
μικρόκοσμος hoc eſt minor mundus,ſeu rectius paruus mundus.Nam in ho
mine ipſo relucent oĩm creaturarũ proprietates ſummarũ & infimarum,
Hæc forte utilius memoria repetemus ſi q̊rum nam literæ ſingulæ p̱hibe
antur eſſe ſymbola demonſtrabimus,rem ſane iucundã,& antiq̇ſſimis au
toribus celebratã,ne ſint futuri aliq̇ñ qui hãc artem ut tenuem ac ieiunã

cauillentur. Eſt igitur Aleph nota ſummarũ & altiſſimarũ rerũ, q̃ primo
efluxu diuinæ bonitatis ſubſiſtunt, utputa angeli qui dicuntur חיות
הקדש haioth .i. animalia ſanctuarii, uel potius uitę abſq; medio ſubter
deum. Hi angeli uirtute dei, proxime inferiores purgant illuminant & pfi
ciunt, q̃ comuni uocabulo, illorũ dicit̃ influentia. Beth ſecunda litera ſecun
dum ſignificat ab ipſo deo gradum angelorum, qui dicuntur אופנים
Ophanim .i. formę ſeu rotæ, ac ſecundo loco deriuant̃ a dei uirtute p intel
ligentiam priorem, & ipſi a deo quoq; inferioribus influunt. Dixere ſimul
etiam ſapientes q Beth ſit nota ſapiẽtiæ. Gimel repſentat ex eſſentiis ſu/
perioribus angelos q dicuntur אראלים Aralim .i. angeli magni for
tes & robuſti, q deſcendunt ordine tertio a diuinæ maieſtatis bonitate, il/
luminanturq; uirtute dei p intelligentiam ſecundã, & ipſi pariter inferio/
ribus influunt. Daleth ſymbolum eſt emanationis quartæ apud ſuperos
eorum q dicuntur חשמלים Haſmallim, & in uirtute dei p medium
intelligentiæ tertiæ influuntur, & illa uirtute inferioribus influunt. He lr̃a
deſignat entia ſupiora, quintæ ab ipſo deo emanatiõis q̃ ſunt שרפים
.i. Seraphim, & influuntur de uirtute dei p medium intelligentię quartæ,
ac eadem uirtute inferiorib⁹ influũt. Vau notat eſſentiã ſupnorum ema
nationis ſextæ, q dicuntur מלאכים Mallachim .i. angeli, & influuntur
de uirtute dei p medium intelligentiæ quintæ, ac eadẽ uirtute inferiorib⁹
influũt. Zain ſignaculũ eſt ſpirituũ beatorũ ſupiorum emanatiõis ſepti
mæ q noĩantur אלהים Elohim .i. dii, & influunt̃ de dei uirtute p ſexti
ordinis angelos, ac eadẽ uirtute inferioribus influunt. Heth ſignũ eſt ſu
perorum emanationis octauę, & ſunt angeli q uocãtur בני אלהים
Bne Elohim .i. filii deorũ, de uirtute El p angelos ſeptimi ordinis infulſi, ac
eadem dei uirtute inferioribus influentes. Teth nota eſt angelorũ emana
tionis nonæ, q uocantur כרובים Cherubim, & influũt̃ de uirtute dei
p mediũ intelligentiæ octaui ordinis, & eadẽ uirtute inferioribus influũt.
Iod litera decima ſignificat eſſentiã intelligentiarũ emanatiõis decimę, ap
pellantur aũt אישים Iſſim nobiles & patricii, ſuntq; oĩbus hierarchiis
inferiores, & dei uirtute illuſtrãtur p nonum chorũ, eadẽq; uirtute influũt
filiis hoĩm cognitionẽ & ſcientiã rerũ mirificãq; induſtriã. Vnde dicũtur
q tali ſunt p̃diti facultate filii איש .i. hoĩes nobilis intelligentiæ, de qb⁹
Pſalmo xlix. Quiq; terrigenæ & filii hoĩm, q̊d proprie ſic legitur, tam filii
plebei q̃ filii patricii, quaſi diceretur, tam agreſtes q̃ nobiles. Eam denoĩa
tionem ab hoc intelligentiarũ ordine ſumimus nos ipſi. Eſt em̃ in nobis in
tellectus agens ſumma pars aĩæ quã Ariſtoteles νοῦν hoc eſt mentẽ appel/
lat, q̃ nobis ſola deforis aduenit. Inde procedũt uiſiões, pphetice ac oĩa
magna & ſancta, uocatur autẽ שכל הפועל q̊ finit̃ mundus ange
licus. Seq̃tur Caph, ea litera deſignat primũ mobile ab ipſo El Sadai tanq̃

a cauſa

a cauſa prima ĩmediate licet per rationalis uitæ ſpiritũ comunicatiue motum q̄ eſt angelus Metattron,& dicitur intellectus agens mundi ſenſibilis ꝑ penetrationē formarũ inferioribus oĩbus uiã p̄bens,quare influit uirtute diuina in omne q̊d eſt mobile.Chaph finalis ſignificat girum ſtellarũ fixarũ,q̄ ſphera octaua noĩatur quantũ ad nos,ſed q̊ad ſupiora eſt orbis ſecundus in duodecim zodiaci ſigna diuiſus,q̄ nos מזלות appellamus, influiturqꝫ de uirtute dei ꝑ mediũ intelligentiæ ipſius caph,ſimiliterqꝫ inferioribꝰ influit.Lamed eſt ſignũ primę ſphæræ planetarũ & dicuntur לכת quaſi ambulones q̊s latini errones appellant inſtar grẹcorũ q ob id eos aſſerunt eſſe πλανῆτας .Diciturqꝫ orbis ſeptimus Saturno attributꝰ quē שבתאי nũcupamus,influit & influitur.Mem aꝑtum notat ſphæram Iouis q a nobis צדק noĩatur,& a uirtute dei ꝑ mediũ intelligentiæ ſupioris influitur,eadēqꝫ uirtute inferioribꝰ influit.Mem clauſum eſt ſymbolũ ſphærẹ Martis quē appellamus מאדים orbis quinti, & uirtute dei creatoris influitur ꝑ angelũ proxime ſupiorē,& eadē uirtute inferioribus influit.Nun ſignificat luminare maius,q̊d uocatur שמש .i.Sol ,& eius ſphæra dicitur orbis חמה influiturqꝫ a deo ꝑ mediũ intelligētiæ ſextæ,qua & influit in inferiora.Nun finale ſphærã indicat Veneris,q̄ a nobis uocat̃ נוגה Noga,& dei uirtute conſtat,influitqꝫ mediãte intelligentia ſeptima.Samech eſt ſymbolũ cancellarii q dicit̃ כוכב Cochab & latine Mercurius,influitur aũt uirtute dei a ſupioribus, eadēqꝫ uirtute inferioribꝰ influit.Ain eſt nota ſphærẹ Lunẹ q̄ a nobis dicit̃ ירח Iareah & apparet quaſi oculus ſiniſter mundi.Eſtqꝫ inter aſtrifera ultimꝰ orbiũ & propter albedinem qñqꝫ noĩatur לבנה Cũcta hæc facultati aſtrologicẹ cõmittimꝰ.Pe ſignificat aĩam intellectualē,ſingularē & uniuerſalē, & dirigitur ab intelligentiis ſeꝑatis q̄bus infunditur a deo tã in ſphæris q̄ in ſtellis & in oĩbus aĩatis ſupioribus & inferioribus ſphærarũ & elementorum.Phe finale denotat ſpiritus aĩales q dirigunt̃ ab intelligentiis ſupioribus de uirtute atqꝫ mandato dei.Zade ſymbolizat materiã tam cœlorũ q̄ eſt intelligibilis q̄ elementorũ q̄ eſt ſenſibilis oĩumqꝫ miſtorũ. Dirigunt̃ aũt uirtute diuina ꝑ intelligentias ſeꝑatas,& ꝑ formas proprias.Zade finale monſtrat elementorũ formas q̄ ſunt ignis aer aqua terra. Et regũtur diuina uirtute ꝑ angelos q dicunt̃ אישים Iſſim,& uirtute cœlorũ, & uirtute materiæ primæ q̄ eſt fons & origo cunctorũ elemētorũ.Kuph eſt ſymbolũ inaĩatorum & mineraliũ & eorũ q̄ dicuntur elementata & miſta Dirigunt̃ aũt uirtute diuina ꝑ ſphæras cœleſtes & intelligētias ſeꝑatas q̄ uocant̃ אישים iſſim.Et influunt inferioribus in regione quatuor elementorũ.Res ſignificat oĩa uegetãtia fructus & fruges ac terræ naſcentia influũturqꝫ uirtute dei a corꝑibus cœleſtibus & intelligentiis ſeꝑatis nomine אישים iteqꝫ complexionibus elementorũ.Sin deſignat oĩa ſenſitiua tam reptilia terrẹ ac progreſſiua q̄ aquarum piſces & aeris uolucres

ſimul & q̃cunq; irrationalia uitalem motũ habentia q̃ uirtute dei regunt̃ a
corpibus cœleſtibus & intelligentiis quas uocamꝰ אישים & cõplexio
nibus elemẽtorũ. Thau eſt ſymbolũ hoĩs & naturę humanę q̃ eſt pfectio
& finis oĩm creaturarũ, dirigiturq; a deo cõplexionibus ac qualitatibus
elementorũ iuxta influentias cœlorũ & p officia peculiaria intelligentiarꝫ
ſeparatarũ אישים Iſſim, qui ſunt angelicę cõditionis, & ſicut ſunt finis
ac conſummatio in mundo angelorũ: ita eſt homo finis & pfectio creatura
rũ in mundo elemẽtorũ qn potius in mũdo uniuerſorũ, cõſtitutus eſt em̃
ex duobus mundis, ſicut ſcriptũ eſt. Formauit dñs deus hoĩem de limo ter-
ræ, & ſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ uitę. Tractant̃ hæc uberius a noſtris
maioribus q̃rũ poſteris nobis clare apparet erga ſacras literas ardẽtiſſimꝰ
amor q de oĩbus etiã minutiſſimis rõnem reddere ſtuduerũt. Verbi cauſa
De aleph ſcriptũ eſt in lib. הבהיר .i. de Cãdore, ubi ſedit Rabi Amo
rai & diſputauit, quare aleph ponatur in capite alphabeti: & reſpõdet̃, qa
fuit ante oĩa qn etiã ante legẽ, q̊d de Rabi Rahumai eius libri autore cõme
morat Mnahem Racanat in diſtinctiõe geneſeos prima. Iterũ aũt q̃obrem
proxime ſequatur Beth, certe qa fuit legis initiũ. Et quare Gimel nõ ſit
noĩatũ gidel, cũ ĩ ſacris lr̃is ppo nat̃ גדל & ſeq̃tur גמל Geñ. xxi.
ubi ſcribitur ויגדל הילד ויגמל Talia & his paria ſcrutari cer
te nõ ſunt dedignati ſapiẽtes uiri. Quanq̃ ſunt etiã aliq̊ numero q breuita
tis cauſa, reddere aliq̊rũ rõnes ptergreſſi, tm̃ ſcripſere q̃ ſimpliciter ad rẽ
attinẽt, qm̃ ſemp ad ſublimiora oĩ diligẽtia & ſtudio conati ſunt propera
re, ut rabi Iacob Cohen ĩ lib. cui titulꝰ eſt פירוש השם הקדוש
.i. expoſitio noĩs ſancti. Nã de alphabeto ſtrictim ſic dicit, Aleph אויר
Beth חיים Gimel שלום Daleth חכמה He ראיה Vau
שמיעה Zain ריחה Heth שיחה Teth לעיטה Iod
משכב Caph עושר Lamed מלאכה Mem מים Nun
הלוך ſamech רוח Ain שחוק Pe זרע zade הרהור Kuph
שינה Res חן Sin אש Thau ממשלה ac ſi ea enumeraſſet iis
uerbis, Aura, uita, pax, ſapientia, uiſus, auditus, odoratus, locutio, infuſio,
cubatio, opes, negocium, aquæ, meatus, ſpiritus, riſus, ſemen, ſuſpicio, ſo-
por, gratia, ignis, poteſtas. Hæc & eiuſcemodi reliqua quæ audiſtis ex pa
trũ monumẽtis q̃to potui breuiſſime decerpſi, ut uobis uel aliquã deguſta
tionẽ literarię profeſſionis exhiberẽ. Scripſit em̃ de iis nõ negligẽter inſi
gnis autor Rabi Akiba, quẽ imitati ſunt cõplures ex noſtris hoĩes litera-
tiſſimi q̊s multo dignamur honore. Dixerunt em̃ ꝙ in expoſitione alpha
beti latent multi ſenſus. Et Rabi Abrahã Aben Eſra de hoc in libro q pſcri
bit̃ סוד התורה .i. de Myſterio legis ita inq̃t ואמת כי טוב
הוא למשכיל שילמד מזאת החכמה .i. Et uerum
eſt ꝙ bonũ ſit hoc, ut intelligatur, qa diſcitur ex eis ſapientia, Non ut oĩ tñ
uitæ noſtræ tpe in literatoria laboremus arte (ait ipſe) ut dies ac noctes

ĩn uoluminibus Rabi Iuda torqueamur, q primus fert̃ hebręis grãmaticus
eſſe, uel in illis uiginti libris q̃s de inſtitutione literaria Marinus cõpoſuit,
uel q̊s Samuel Nagid eadẽ de re duos & uiginti edidit. Hucuſq; Abrahã
Aben ezra, nec fruſtra ſenſit ita hõ prudentiſſimus & literarũ peritiſſim⁹
ad maiora em̃ & altiora nati ſumus. Dixi modo q̃ ad ſubſtantiã literæ pti/
nent cõſyderationes quatuor, nũc mea opinione terminandũ eſt id q̊d de
accidẽtali relatione literarũ agere dudũ cœpimus, & נוטריקון .i.no
tariacon appellat̃, qua in parte id cõſyderamus q̃ litera quã dictionẽ ſigni
ficet. Habet aũt tres q̊q; ſpecies. Cũ em̃ ſignaculũ aliq̊d ab initio dictionis
accipit̃, & ut fieri ſolet apicibus in ſublimi notatur, tã ראש התיבה
.i. caput dictionis noĩatur atq; de more ita ſcribit̃ ר״ת Qñ itẽ ſumit̃ a ter
mino & fine uerbi alicuius propoſiti tũc סוף התיבה .i. finis dictio
nis cognoĩatur q̊d cõſueuerũt figurarẽ hoc modo ס״ת Sin aũt a ſingulis
uerbi cuiuſlibet literis notæ ſingulæ deducũtur, id tũc generali uocabulo
notariacon appellam⁹. Ad hæc Philolaus ait. O noſter Simon q̃ ſunt hæc
externis hoĩbus arcana & recõdita. Tũ ille. Multo forte occultiora inquit
oſtendã uobis in hac tertia cabalę parte q̃ תמורה noĩatur, ubi mutua
fit literæ pro lr̃a poſitio, & totiens fit q̊tiens alphabeta ꝑmutãtur. Permutã
tur aũt iuxta numerũ literarũ bis & uigeſies, qa uiginti duas legim⁹ Iudęo
rũ literas, ſemꝑq; binis qbuſq; literis cõiugatis licebit alterã ſumere ꝑ al/
tera, et ea cõbinatio dicitur צירוף ut ſi ex iſtis ſex literis alphabeti latini
a b c d e f cõtinuo binas & binas cõiugauero quaten⁹ ſub iugo primo ſint
a b, ſub ſecũdo c d, ſub tertio e f, uelimq; ꝑ epiſtolã, hui⁹ artis peritũ aliquẽ
hortari ut ſupplicaturus principi, cadat ante pedes ei⁹. Sic ſcribo. dbcf. q̊d
ille intelliget Cade, ita & de aliis. Totũ hoc opificiũ euenit ex alphabetica
ria reuolutione ut ſuccedat mutuo litera pro litera proprio ſibi iugo cõbi
nata, ſcilicet uiciſſim a pro b, & b pro a, ſimiliter c pro d, & d pro c, itemq;
e pro f, & f pro e. Quod facilius in hebraicis nullo qdẽ obſtante procedit,
qa uoces quas latini uocales noĩant nõ ſunt in ordinẽ alphabeti Iudæorũ
repoſitę. Priſca igit̃ ętate motus inde pater noſter Abrahã dixit, ut in libri
Ietzira cap. ii. legit̃. Aleph cum omnibus & oĩa cum aleph, haud ſecus atq;
Beth cum omnibus & omnia cum Beth, & ita de ſingulis. Quare ut exem
plo id fiat manifeſtius uiginti duo alphabeta producam in mediũ quæ in
eodẽ creationis uolumine Abraham ſcite admodũ & utiliter ordinauit.

אל בת גש דר הק וצ זפ חע טס ינ כמ
אב גת דש הר וק זצ חפ טע יס כנ למ
אג דת הש ור זק חצ טפ יע כס לנ במ
אד בג הת וש זר חק טצ יפ כע לס מנ
אה בד ות זש חר טק יצ כפ לע מס גנ

או בה גד זת חש טר יק כצ לפ מע נס
אז בו גה חת טש יר כק לצ מפ נע דס
אח בז גו דה טת יש כר לק מצ נפ סע
אט בח גז דו ית כש לר מק נצ ספ הע
אי בט גח דז הו כת לש מר נק סצ עפ
אכ בי גט דח הז לת מש נר סק עצ ופ
אל בכ גי דט הח וז מת נש סר עק פצ
אמ בל גכ די הט וח נת סש ער פק זצ
אנ במ גל דכ הי וט זח סת עש פר צק
אס בנ גמ דל הכ וי זט עת פש צר חק
אע בס גנ דמ הל וכ זי חט פת צש קר
אפ בע גס דנ המ ול זכ חי טת קש צר
אצ בפ גע דס הנ ומ זל חכ טי קת רש
אק בצ גפ דע הס ונ זמ חל טכ רת יש
אר בק גצ דפ הע וס זנ חמ טל יכ שת
אש בר גק דצ הפ וע זס חנ טמ יל כת
את בש גר דק הצ ופ זע חס טנ ימ כל

Elementorum hæc uiginti duorũ cõmiſtio nequaq̃ erit ruſtice ac indocte intelligenda, oĩa em̃ ſpiritus ſunt. Sic in libro Ietzira ſcribitur & ſculpſit cũ illo ſpiritu deus uiginti duas literas, tres matres, ſeptẽ duplices, & xii. ſimplices, & quęlibet illarũ eſt ſpiritus, ad cõtẽplandũ itaq; ſpiritualiter ingẽti cũ gaudio, nobis tradita hæc ſunt, nõ ad obloquendũ, nõ ad irridendũ. Sed pia fide myſteria ſcripturarũ amplexãdũ. Credẽtes em̃ literis, facilius altiora ſpeculamur, et abſcõdita cõfidimus in literis repire poſſe, quaſi dei ſermonẽ in medio caliginis q dixit ad Moyſen. Ecce ego uenio ad te in dẽſa nube ut audiat populus cũ loquar tecũ, qn etiã בך .i. uiginti duab9 credent in ppetuũ. Oportet nãq; Cabaliſtã nõ aniliter ſed fortiter credere et q̃ ſunt patrũ mãdata literis, ſingulari amore ac animo iucundo lętoq; recipere cũ gaudio & fiducia, ut Pſal. lxx. Exultẽt & lętent̃ בך .i. uiginti duab9 q quærũt te. Nã duas & uiginti lr̃as ſcitote fundamẽta eſſe mũdi & legis ut copioſe in libro tractat̃ Horti nucis ſecũdo, quẽ uel legiſtis uel legetis. Tũ Philolaus. Certe ait tales libros nec legi nec uidi unq̃ q etiã nõ parua uſq; huc opa ubi nã laterẽt ſcrutatus ſum. Et Marranus. Neſcio ingt q̊ pacto illiuſmodi librorũ tãta Iudæis parſimonia ſit ut ne amico qdẽ eos liberaliter edãt, aut q̊cũq; tñ ære uendãt. Tũc Simõ. Statutũ nobis eſt ĩquit arcana legis nõ dari pegrinis ſed ליועץ חכם .i. Cõſiliario ſapienti.

Non domeſtico etiã conſiliario tm̃,nec ſapienti modo,ſed ſimul cõſiliario ſapienti,q nõ ſit extraneus,& non ſit indoctus.Nec id ægre feratis uos obſecro.Sępe nãq; iminentis periculi cauſa in tã diuturna diſperſione cõſtitutis nobis cõuentus patrũ ſollicitus prouide ſtatuit ברח שהוא ברח ממה שנפל בו באחרונה.i.Ea lege ut ipſe fugeret ab eo,in q̊d cecidit poſterius.Moyſe noſtro ægyptio autore,q cauſas enumerat & recitat euẽta ĩ capite lxxi.libri primi ꝑplexorũ.Sed ſpero uos hæc & alia noſtrę gẽtis boni cõſulere,quare iſta diſputatiõe dimiſſa partẽ artis Cabaliſticæ tertiã proſequar.Accepiſtis de cõbinationibus literarũ ducentis & quadraginta duabus ꝑmutationes cõiugationum ducẽtas triginta unã,ꝑter alphabetũ uulgo cõſuetũ cuius tñ binas quaſq; ſuo ordine lr̃as pariter etiã cõnectere ad mutuas uiciſſitudines ſolẽt.Rẽ uulgo exilem ac forte prima ſpecie imꝑitis cõtẽptã,ſed q̃ tñ ueniat plurimũ exaltãda hoĩbus.Vt legit̃ pſalmo xii.ברם זלות לבני אדם.i.Exaltando deſpectiones filiis hoĩm.Ad q̊d ibi citat Rabi Salomõ id q̊d dicit̃ a Pſalmiſta Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificantes,factus eſt in caput anguli.Vos eq̃dẽ oro haud negligẽter cõſyderate q̊d nõ fruſtra ſcriptũ eſt ברם nã de גמטריא Cabaliſtice ſignificat ducẽta & quadraginta duo,tot em̃ ſunt cũctę ſupi⁹ deſcriptę cõbinatiões,& ex illis unã & triginta ducẽtaſq; uariatiões decẽti honore ueneremini.Oĩa em̃ ex illis oriunt̃ q̃ ſunt & q̃ dicunt̃,de iis nãq; Ianuis quas appellãt,pater nr̃ Abrahã ut eſt in libro Ietzira dixit ונמצא כל הדבור וכל היצור יוצא מהן.i.Et exiſtit oĩe dictũ & oĩe creatũ progrediẽs ex illis,q̃ qdẽ nobis illorũ adminiculo facile poſſumus in noſtrã ordinare ſalutẽ,qm̃ reducẽdi ſumus ꝑ oĩm rerũ creatarũ cõſyderationẽ in unius creatoris pro humana uirili cognitionẽ q̃ eſt ſalus nr̃a & uita ętherna,hoc fit à deo ꝑ nomẽ ſuũ rurſus in deũ.Ipſe eſt ipſemet nomẽ ſuũ quatriliterũ in ſecula ſeculorꝝ ſemꝑ bñdictũ,q̊d oſtẽderat Pſaltes cũ aiebat.Et cognoſcẽt ꝙ tu es nomen tuũ tetragrãmatõ ſolũ tibi ſupmũ ſuꝑ oẽm terrã.Iccirco ſolũ hoc nomẽ dicit̃ Sẽhamaphores.i.nomẽ expoſitoriũ eſſentiæ dei.Cui⁹ expimẽtũ ſumit̃ de prima huius artificii parte.Aliud eſt dei nomẽ in iſti⁹ locũ ſuccedẽs q̊d xii.lr̃is ſcribit̃,eiuſq; ratio de ſecũda parte recipiet̃.Aliud ꝑterea nomẽ eſt q̊d in hac Cabalę tertia parte cõmodiſſime tractat̃.Nomẽ xlii. characterũ. Nõ ꝙ uni⁹ noĩs una ꝓlatio q̃draginta duabus literis cõſtet.Notũ em̃ eſt apud quẽlibet ĩtelligẽtẽ,ut docet Moyſes Maimoni,ꝙ unũ nomẽ ĩueniri nequeat uſq̃ tot literis ſcriptũ.Sed plura ſunt noĩa ĩter ſe & in ſe ipſa cõplexa,ex multis literis aggregata,q̃ ducãt Cabaliſtã ꝑ quaſdã rõnes occultas ad ueritatẽ cognitionis dei Tetragrammati יוד הא ואו הא q̊d ſimiliter arithmetice xlii.ſignificat.Huiuſmodi xlii.characteres ꝑ talia noĩa ſic coniuncti dicũtur unũ nomẽ eo ꝙ finaliter ſolũ unã rẽ ſignificãt queãdmodũ

econtrario alia noīa cōpoſita & collectiua ſæpe cōpluria ſunt unice ſignificantia. Potuit igitur in p̄ſentiarū contingere ꝙ ratio illa qua intellect⁹ noſter duceret̃ in deū nequerit niſi multis & literis & uerbis explicari. Nec id mirū, qm̄ ꝑ multos & diuerſos riuulos ſolēt īgenioſi opifices ſcaturiginem inueſtigare. Ita de fontis ſui abyſſo emanare fecit deus cunctas res & ad infinitam uoraginem refluere להוציא דבר במאמר ומאמר בדבר עד להעמיד כל הדברים במעין השלהבת והשלהבת במאמר במעין אין חקר ואין מספר לאורה המתעלמת בתוספת חחשך המסותרת בכלל ארבעים ושתים אותיות: Hæc ſunt uerba cōtēplātiſſimi doctoris Hamai in libro העיון .i. Speculationis, ad q̃ utiliter allegat ip̄e ספר מעין החכמה .i. librū Fontis ſapientię, quanq̃ uir tā integer teſtimonio nō eguiſſet. Iam tētabo ſi ea latine interp̄tari ualeam, ita ſaltē ne quid ſentētia detrimenti patiatur. Vt produceret inquit rem in uerbo & uerbū in re, q̊ uſq; reſtitueret omnes res in fontem reſplēdentię, & reſplendentiā in uerbum, tanq̃ fontē cuius nec terminus ſit, nec numerus, ad lucē inacceſſibilē agmento tenebrarū reconditā in uniuerſo quadraginta duarū literarum, hucuſq; Hamai. Appellant aūt hoc tam uenerandū & colendum nomen duabus & quadraginta literis deſignatū p̄ſtantiſſimi ſapientū, q̊rū memoria in benedictione eſt קדוש ומקודש .i. ſanctū & ſanctificatum. Ideoq; ꝑ alphabeticę reuolutiōis cōmiſtionē rudib⁹ & indignis occultatū atq; tm̄ ſanctis cōtēplatiuā uitā agētib⁹ ex alphabeticaria cōbinatiōe ꝑ Ieremiā eſt reuelatū, q ſępe legere ſolebat in lib. Ietzira, ut repitur ſcriptum בספר בטחון .i. in libro de Spe, cuius autor eſt Rabi Iuda q cōpoſuit illū. Cūq; Ieremias librū Ietzira multū & ſępe nocturna uerſaret manu atq; diurna, ueniſſe ad eū בת קול .i. filia uocis dicit̃ q̃ iuberet illum tribus annis uolumini eidē inſudare. Poſt itaq; annorū triū finē qñ iam ei placuit characterum coniugatio & tractatus, ut operaretur in eis, mox ſibi atq; ſodalibus creatur homo nouus & in ipſius fronte ſcriptum erat יהוה אלהים אמת. Id eſt. Tetragrammatus deus uerus, tum ſentiens ille homo nuper creatus ſcripturam in fronte, haud ultra remoratus eſt quin ſubito citata manu primam dimoueret ac adimeret literam in אמת que eſt Aleph. Ita manebat reliquum his uerbis יהוה אלהים מת id eſt. Tetragrammatus deus mortuus. Ob quam rem Ieremias indignatione percuſſus ſcidit ueſtimenta ſua & dixit ei. Quare tu deponis Aleph ab Emeth, qui reſpondit, quoniam defecerunt ubiq; a fidelitate creatoris qui uos creauit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Dixit Ieremias. Quomodo igitur apprehendamus eum. Reſpondit ille.

כתבו האלפאביתות למפרע באותו העפר הנזרק בבונות לבבכם: i. Scribite alphabeta ad ſpacium in hunc puluerem diſperſum, iuxta intelligentias cordiũ ueſtrorũ. Et fecerũt ita. Eſt factus eſt ille homo in horũ conſpectu puluis & cinis atq́ꝫ ſic diſparuit. Quare Ieremias ſe tunc ab ipſo deo uirtutes & poteſtates alphabetorum & elementariarum commutationum recepiſſe aſſerebat, nam diſpoſitionem coniugationis de libro creationis ante nouerat. Inde ad poſteros alphabeticaria hęc Cabala id eſt receptio tranſmigrauit per quam arcana diuinorum maxima pandũtur. Cum enim ꝑ oẽs literarum combinatiões nomen illud magnum & pro uiribus maximis extollendum ab ultimo ad primum circũduxerimus, tum ſe nobis diuina eius noticia liberaliter oſtẽdet ac uoluntati noſtræ ſuas facultates offeret, clemẽterq́ꝫ ſubiiciet, ſi nos inuenerit dignos atq́ꝫ animi puritate, fidei ſynceritate, ſpei firmitudine, amoris ardore ꝑditos & munitos. Noluerunt eñ patres noſtri (ut Rabi Tarphon, Rabi Moyſes ægyptius, & Rabi Hamai, cæteriq́ꝫ ſcripſerunt ſecundum ꝑcepta Magiſtrorũ noſtrorũ illud nomẽ cuiq́ꝫ mortali oſtẽdere, niſi admodũ digno. Sic eñ dixerunt ꝙ non tradatur niſi humili, & ei qui ſtat in dimidio dierũ ſuorũ, non iracundo, nec ebrioſo, nec prauis moribꝰ fœdato, Sed uiro pacifico & q ſuauiter loquatur cum creaturis, & q cuſtodiat illud cum mundicia, talis eñ dilectus eſt ſurſum & circa nos deſyderatus deorſum, & timor eius cadit ſup creaturas. Vt uero nomen illud uobis patefaciã more Cabaliſtarũ, primo partiar xlii. literas in ſeptẽ uerba, dein de q̃dlibet uerbum in duas dictiunculas, quarũ ſingulæ contineant iuxta idioma linguæ hebraicę ternas literas. Facta igiť multiplicatione arithmetica dicendo ſexies ſeptẽ, erunt quadraginta duo ſcilicet literarũ eius noĩs collectio uniuerſa quã inſpectioni oculorũ ueſtrorũ hoc charagmate ſub iicio ſic שגת במא / שגתהבצ / מיתאצב / ימיפתא / צתגהפץ / תגהצמא / צאצפפש Equidem hoc in uerſu dũ q̃taſquaſq́ꝫ literas cõphendero, confeſtim mihi altera pars dictionis unius è ſeptẽ quæuis diſyllaba naſcitur. Vna eñ quæq́ꝫ huius tam ꝑcioſi noĩs dictio ſex conſtare characteribus dignoſcitur, tñ hebraicis tm̃, nõ aũt alterius lingue. Nam latine pluribꝰ erit opus, ut Sagathbama, Sagaththechaz, Miathazab, Iemibatha, Zethaghaphaz, Thegazama, Zaazpapas, q̃ in antiquorum uoluminibus inueniũtur uſq́ꝫ hodiernũ in diem Romano ſermoni pegrina & incognita, ſed non iccirco deſpicienda ꝙ dura ſunt & barbara. Nemo eñ tam lippis oculis in aſpectu ſacrorũ utatur ut recõdita cõtemnat, nemo auribus in audiẽdo diuina tãtas delitias indulgeat ut ſolũ ea uenereť, ea laudet, ea ſequať q̃ ſenſibus ſint iucũda, oculis amœna, tactu mollia, & uoculatione blãda. Sed ſpiritalia capeſſat magis q̃ corporalia & conſtantia magis q̃ leuia, ueraq́ꝫ magis q̃ fucata. Eñuero ſepe aſpa

& horrida p̃cedunt dei p̃ſentiam. Recordamini q̃ contigerunt Eliæ pro-
phetæ cum in monte dei Horeb intra cauernas & in ſpecu lateret, nonne
dictũ erat ei ſic. Ecce Tetragrãmatus incedit & flatus grandis atq; fortis
ſubuertens montes & diſcindens ac cõterens petras ante Tetragrãmatõ,
non in flatu Tetragrãmatus, ſed poſt flatũ cõmotio, & non in cõmotione
Tetragrammatus, ſed poſt commotionẽ ignis, Non in igne Tetragrãma
tus ſed poſt ignẽ uox ſubmiſſa tenuis, & in illa uoce locuta eſt ad eum glo
ria Tetragrãmati q̃ noĩatur כבוד Ita uos poſt deſertũ horridũ & ſen-
ticoſum, poſt montẽ & petras, poſt flatũ & terrę motũ, poſt ignẽ, poſt uo
cem in ipſo cauernarũ & ſpecuũ ueſtibulo dimiſſa occupationũ ſeculariũ
multitudine audietis gloriã dei ad uos loquentẽ Quid uobis hic? Pergi-
te ultra, ut extat enarratũ iiii. Regũ xix. Igitur non hic ſtandũ eſt, ſed reuer
tẽdum nobis cum Elia propheta in uiam noſtrã per deſertum, hoc eſt per
has hiſpidas barbaricarũ connexionũ reuolutiones & perplexas uepres
in uiam ſacræ atq; canonicæ ſcripturę, uiam uere noſtrã q̃ eſt ueritas eloq
Z orum dei ut ungamus regẽ in Syria qui ab unctione dicitur Meſſiha. Tan
tiſper nanq; p̱ coniugationes duorũ & uiginti alphabetorũ ambulabim⁹
dum ad ſup̃mum atq; primum alphabetũ uigilanti ſollicitudine ac inde-
feſſa diligentia uentum fuerit. Oportet em̃ nos artificioſe per ſingulas cõ
binationes tam diu diſcurrere quouſq; uox dei pateat, & apertus ſe nobis
offerat ſacratiſſimarũ ſcripturarũ textus. Illa nẽpe uox dei, omnibus alpha
betis a primo ad ultimũ uidelicet uigeſimũ ſecundum, uirtutem ſuã & ua-
lorem largiter impluit, ut combinationes aliquanto maiorem efficaciam
quæ reputantur non ſignificatiuę q̃ nomina primario ſignificatu præ-
ſtent, ueluti radius ſolis fortius quidem urit q̃ ſol ipſe unde manauit. Hinc
illud extat Mirandulani Comitis in Concluſionibus, ubi ſic ait. Quælibet
uox uirtutem habet in Magia inquantum dei uoce formatur. Præſentis
ergo nominis quadraginta duarum literarum uirtus operatio uigor effi-
cacia complementum & perfectio a dei uoce pendet, quam intendimus p̱
omnes omnium alphabetorum connexiones & retia uenari, donec ſeptẽ
nomina quadraginta duabus literis comprehenſa uſquam in ſcriptura ſa
cra comperire queamus. Verbi cauſa. Si quærãtur ex primo & uigeſimo
alphabeto ſimiliter ſeptem uerba quæ poſſint uel ullius diuinæ ſcripturę
uerſus eſſe ſymbola, reponantur mihi ſalua ut ſunt memorata ſuperius.
Itidem ex ipſo & uigeſimo, adhuc autem & decimo nono & eodem modo
deinceps oĩa p̱currẽdo, uſq; ad primũ q̊d a ſuo exordio ceu reliqua nomẽ
accepit ut diceretꝰ אל בת .i. Albath, cui⁹ ex cõbinatione hoc mutuemur
exẽplũ תרל גנב תרל לאץ גבל בקג בנב צלב
קלר ורצק לרו קנג קבק צצת quod ſimul etiam eſt no-
men diuinum quadraginta duarum literarum ex primo alphabeto libri

Ietzira permutato receptum. Sola nanq; permutata & trāſpoſita pater noſter Abraham in eo creationis libro poſuit, cū nō dubitaret alioqn uulgarii alphabeti rectū ordinē cūctis eſſe notū. Solēt aūt & hunc pari modo cōbinare dicētes אבגד ut Rab Hamai docuit ī libro illo de Speculatiōe nomēq; deſcribit quadraginta duarū literarū etiā ex eadē ſua cōbinatione ꝓductū ſic אקבתטש אקבבבו טנבשות גטנהבש ובקפחו בקפוטש ושוהחא q̊d ſimiliter ut cętera deū benedictū iuxta ſuā proprietatē ſymbolice ſignificat. Sicut em̄ quatriliterum īeffabile notat deū ut eſt ſup om̄e eſſe, & Ehieh repſentat deū ut eſt in oī eſſe, & Adonai deū ut eſt oīm dn̄ator, & Sadai ut nullius eget, ita pari modo xlii. literarum ſiue recipiatur ex trāſpoſitis ſeu rectis combinationibus quodlibet deſignat deum quatenus eſt creator cœli & terræ, uiſibilium oīm et īuiſibiliū. Qobrē iſta uiginti tria noīa diuina q̄rū q̄duis quadraginta duabus figuris pingit̄, ſingula ſecūdū uiginti triū alphabetorū ordines ducunt̄ e duobus ſacrę ſcripturę primis uerſibus, In principio creauit de⁹ cœlū & terrā, terra aūt erat inanis & uacua. Incipiēdo a prima lr̄a Beth, & in ultima Beth litera terminādo, q̄ cū ſic hebraice legunt̄ ut ſunt a ſpiritu ſancto dictatę, quadraginta duas figuras abſoluūt, ſemꝑ ponētib⁹ nobis literā pro lr̄a ſub uno & eodē cōbinatiōis iugo. Inueniunt̄ & alii Cabaliſtæ ſublimius ſpeculātes, q trāſcēdūt creationē & creaturas, & in ſola deitatis emanatiōe ꝑſiſtunt, quam ſancte per nomen ſanctum xii. characterum & per nomen xlii. literarum digniſſimis & deo deuotis hoībus ſub fido ſilentio largiunt̄ receptum & ſcriptū בספר אגרת הסודות .i. in libro epiſtolę ſecretorū, ubi ad quæſtionē Antonini Romani de ſacroſanctis noībus rn̄dit Rab Hakados ꝙ ex tetragrāmato fluit nomē xii. literaꝝ אב בן ורוח הקדש .i. pater filius & ſpūs ſanct⁹. Ex q̊ deriuat̄ nomē quadragita duarū literarū q̊d ita ꝓnūciat̄ אב אלהים בן אלהים רוח הקדש אלהים שלשה באחד אחד בשלשה: .i. Pater deus, filius deus, ſpirit⁹ ſanctus deus, tres in uno & unus in tribus. O q̄ta eſt hęc altitudo, q̄ta profunditas, q̄ ſola fide apphendit̄. Tū Philolaus. Quātę uero Simon inqt tibi agēdę ſunt gratię q oīa nobis tā dilucide atq; clare oſtendis, ſi modo quicq̄ in hac arte clarū eſſe pōt, ac nō potius maxīa pars horū inuolucris recluſa, & fugere ad ſalices uiſa. Et Marranus. Tace obſecro Philolae inqt, Sine hūc progredi, an nō uides? ueſper ingruit, & hic quaſi diurnū pactus eſt. Porro tu ꝑpetuo loquere Simō qcqd rerū erit. Tū ille. Cōpleui artē totā & edocui, niſi ſūt q̄ particulatim reſtare putetis de qbuſdā noībus dei, & angelorū & uirtutū, & cōſecratis ſigillis, quorum ui ac poteſtate facturos ſe multi multa promiſerunt q̄ uulgo admiranda uideant̄. Et Marranus. Obliuio forte te cœ

pit,inquit,ꝙ de nomine duodecim literarum q̃q; dicturus eras,quamuis ſecundæ partis materiam eſſe affirmares quæ iam præteriit.Tum Simō. Parum eſt quod de illo exponam niſi ꝙ poſtquam crebro & frequēti prauorum hominum uſu paſſim uileſcebat nomen Tetragrāmaton antea cū tanta cura & ſollicitudine,cum tanta reuerentia & tam prudenti moderamine idoneis & electis tm̄ ſacerdotibus ſeptimo quoq; anno traditum ut diſcerent per illud populo benedicere in ſanctuario,tunc ad maieſtatē huius nominis conſeruandam prohibitum fuit ſacerdotibus eo imprecari,ſoliſq; ſummis pontificibus q̃tannis permiſſa erat eius pronunciatio in diebus ieiuniorum & propiciationis.Quare illius loco cæteris ſubſtituerunt nomen duodecim literarum, ꝙ eſſet aliquanto ſacratius q̃ nomen Adonai,& tamen ineffabili Tetragrammato longe minus diuinum quo ſacerdotes in benedictionibus uterentur. Conſueuit autem quatuor his literis הקבה cum apicibus in capite cuiuſlibet notariace ſignatis conſcribi & ita pronunciari הקדוש ברוך הוא .i. Sanctus bn̄dictus ipſe Per quod benedictionem a deo Numeri ſexto mandatam poſterius ſuper populum pro Tetragrammato ita proferebant.Benedicat te ſanctus benedictus ipſe ,& cuſtodiat te,Oſtendat ſanctus benedictus ipſe faciem ſuam tibi & miſereatur tui.Leuet ſanctus benedictus ipſe faciem ſuam ad te,& ponat tibi pacem. Quo in loco Salomon Trecenſis commētator ſacræ ſcripturæ ordinarius ſic ſcribit לכך הכהנים פורסים כפיהם לומ׳ הקבה עומד אחרינו שנ׳ הנה זה עומד אחר כתלינו משגיח מן החלונות מבין אצבעות של כהנים: .i. Itaq; ſacerdotes diſtendunt manus ſuas dicendo,ſanctus benedictus ipſe ſtat poſt nos,ſicut ſcriptū eſt. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum,animaduertens de feneſtris inter digitos ſacerdotum.Sic in uetuſti codicis membrana ſcriptum teneo quamuis impreſſa quędam uolumina chartacea uerbis iſtis careant.Firmiſſime uero credunt noſtri & nullatenus dubitant hac forma expreſſam benedictionem tantæ proſperitatis eſſe cauſam quantæ fuiſſet ſi nomen Tetragrammaton quod nunc Adonai pronūciant in iſtis imprecationibus permaneret.Mutatio enim hæc facta eſt ad honorem Tetragrammati,ne totiens iteratum, neglectui tandem ſubiaceret,quod Deus Optimus Maximus omnium maxime auertat. Habetis omnem hortum Cabaliſticum id eſt גנת tribus areolis diſtinctū quæ ſunt Geometria,Notariacō,thmura,& radicibus,herbis,floribꝰ infinitis excreſcētē cū oī ornatu ſuo ad unū hortulanū reſpiciētē,q rigat,plātat,& īcremētū dat deꝰ Opt.Max.incōprehenſibilis,ineffabilis,innoīabilis,cui eſt q̊q; nomē incōphēſibile,īeffabile innominabile tetragrāmaton,ex q̊ fluit & deriuat̃ oē q̊d eſt ī ſacris ſacrū.

Reliqũa em̃ ſi qua ĩueniunť rerũ diuinarũ ſymbola,notę,ſacramẽta,ſigna
ꝑfecto ex hoc ipſo ducũt originẽ.Verbi cauſa ברוך ſignificat יהוה D
אחד deus unus, per primã huius artis partẽ גימטריא operando
arithmetice ut ſupra explanatũ eſt,illud idẽ tñ nomẽ ברוך ſymbolice rep̃
ſentat ĩtegrũ ip̃m nomẽ tetragrãmatõ ꝑ ſecũdã Cabalę partẽ, ut ſcribit Io
ſeph Bar Abrahã ciuis p̃fecturę Salemitanę in ſecũdo uolumĩe Horti nu
cis his uerbis י׳ תמורתו כ׳ וכן ה׳ תמורתו ו׳ וכן ו׳
תמורתו ז׳ .i.Iod cõmutatio ei9 caph,& ſic he cõmutatio eius vau,&
ſic vau cõmutatio eius Sdain,q̊ aĩaduertimus deũ in eſſentia ſua unũ eſſe
uniſſimũ q̃ nihil eſt unius,quanq̃ multa ſecũdũ alias relatiões dicũť de ip̃o E
ꝑpter q̃ uocatus eſt Elohim Kadoſim.i. Dii ſancti. Ioſue ultĩo,& Elohim
Haiim.i.dii uiui Deuteronomii v.Et Mallachię primo de ſe ipſo loqť ſic.
ואם אדונים אני איה מוראי .i.Et ſi dñi ego,ubi eſt timor
meus,q̊ in loco ſe deus pluratiue appellat dños. Iuxta immanentiam ergo
unus eſt,iuxta egreſſiones aũt plures, q dixit.Faciamus hoĩem ad imaginẽ
& ſimilitudinẽ noſtrã.Nõ ꝙ linguę ſanctę mos fuerit ut in ſumma cõſtitu
ti maieſtate de ſe ipſis pluratiue loquerenť, ut Rab Saadia ſcribit in libro.
אמונות .i.credulitatũ.Hoc em̃ tenue argumentũ eſt,qm̃ ſubito poſt
ipſe ſingulariter loqtur ita.Faciã ei adiutoriũ ſimile ſibi.Hãc unitatẽ & hãc
pluralitatẽ in diuinis nõ inuiti admittũt Cabaliſtę diuerſis rõnibus,unde
aſſerũt tres primas numeratiões cabaliſticas כתר חכמה בינה
unã eſſe ſummi regis coronã,ut ſcribit Rab Aſſe in lib. יחיד ſingulari
unionũ ſeu collectorũ.Cernitis hoc exẽplo ꝙ oĩbus Cabalę ꝑtibus ultro ci
tro promiſcue utimur uidelicet uniuerſa literarũ ſyllabarũ & dictionum
metatheſi,deinde numerali ſupputatiõe,notatiõe capitali,& cõmutatione
literali cũ ſingulis ſpeciebus quas priori ſermone patefeci. Sic em̃ trãſpo-
nim9 nomẽ tetragrãmatõ ut ſit Va & Ia,oriaťq; הויה .i.eſſentia q̃ oĩm
rerũ prima eſt,a qua ſunt oĩa entia uera & bona. Vnde Ehieh Adonai ſi-
gnificat arithmetice tãtundẽ q̊d Elohim cui9 ſumma lxxxvi.Sicut & מה
nota eſt ipſius Elohim ſi ſic extẽdať מם הא hoc eſt מה .i.lxxxvi.Et בן
nomẽ tetragrãmatõ,q̃a ſit xxvi.q̊d ſi extẽdať בת נן facit cxii.& deſignat F
tetragrãmatõ Elohim,hoc eſt dñs deus.De q̊ primũ ſcribiť.Iſtę ſũt gñatio
nes cœli & terrę qñ creata ſunt in die q̊ fecit tetragrãmatus Elohim terrã
& cœlũ.Eſt aũt noĩs tetragrãmati principiũ Iah.Et ipſius Elohim medium
Iah,& finis Ehieh Iah.Quod totũ eſt ꝑfectio ipſius הויה .i.eſſentię, q̊d
ſignificat הוה .i.ip̃m,et יהי eſſe diuinũ.Vnde q̊tidiano tritũ eſt uſu ut ip̃m
eſſe dicať aliqd diuinũ neceſſariũ & incorruptibile. Om̃e q̃ppe q̊d eſt qñ
eſt huius gratia neceſſe eſt eſſe,nec tũc cõtingit nõ eſſe. Virtus itaq; illius
eſſentię ducebať in operationẽ ꝑ uerbũ dei q dixit יהי .i.ſit, q̊ dicto creatæ G
ſunt in una ſumma Ideę uniuerſę ac uirtutes intellectuales abſolutiſſimę ꝑ


hoc q̊d ipſe mãdauit ſic. Fiat lux, & mox facta eſt lux. Quã uniuerſitatẽ ſecuta eſt angelorũ ad miniſteria deputatorũ natura qñ dixit ויהי כן .i. & factũ eſt ita, q̊d principẽ & ſacerdotẽ magnũ deſignat q noĩatur Michael, lucidũ argumẽtũ angelicę cõditionis, q̊d ex unitate & numero centenario cõſtituiť. Vnde putant primo die Ideas extra cauſam primã eſſe ꝑductas & formas abſolutiſſimas q̊ ad eſſe & opari. Die aũt ſecũdo hinc angelos eſſe creatos. Nõ em̃ in primo die aiebat ויהי כן .i. factũ eſt ita, ſed ĩ die ſecũdo, cũ firmamẽtũ fieret cœli iuxta Rabi Elięzer de luce ueſtimẽti eius creati. Decẽ em̃ ueſtibus ĩdutus erat deus qñ mũdũ creauit ut dicũt cabaliſtę, ac de ultimi ueſtimẽti ſui luce ſumpſit & creauit cœlos, nõ q̱dẽ ſenſibiles, ſed illos inuiſibiles & ĩtellectuales הויות רוחניות .i. entitates
H ſpirituales, de q̱bus Pſaltes ait Cœli enarrãt gloriam dei, ubi nõ ſcribitur שמים .i. Cœli q ſunt orbiculares, q̊d memorabiliter notauit Rabi Ama in lib. Recõditorũ, pſalmi xix. Sed השמים q̱bus addiť articulus ha, ut ĩ ſummario argumẽto Geneſeos legiť. In principio creauit deus Haſamaim .i. cœlos illos eximios, illos famigeratos, illos admirabiles, nunq̃ uiſos nec mortalibus oculis uidẽdos. Alii nãq; cœli q nõ ſcribunť p̱ ha articulũ ſunt q̱dẽ firmamẽtũ, ſed tñ uocanť noĩe cœli, quare ſcriptũ eſt, & uocauit deus firmamẽtũ cœlos, & dr̃ ipſius cœli firmamẽtũ inuiſibilis, inq̃; q̊d appellať Cœli cœlorũ, unde ſeq̱tur ita. Fiãt luminaria in firmamento cœli. Nimirũ illa extẽſio in modũ pellis tanq̃ literis inſcripta luminaribus & ſtellis propter localẽ expaſſionẽ dicitur Rakia q̊d nos a firmitudine firmamentũ appellamus. Nã cœlũ inuiſibile nõ egebat luminaribus, qm̃ p̱ ſe ſpiritualiter eſt illuſtre ac mẽtaliter a prima cauſa illuminatur. Ideo noĩantur ĩtelligentię ſep̱atę, de q̱bus ait autor cauſarũ. Oĩs intelligẽtia plena eſt formis, q̃ dũ intelligit dicitur audire & loq̱, quare Moyſes ait. Audite cœli q̃ loquar. Et Dauid Cœli enarrãt gloriam dei. Et deus apud Oſeã. Exaudiã cœlos & iſti exaudiẽt terrã. Vñ lumẽ ꝓpheticũ deſcẽdit q̊d dr̃ אספקלריא המאירה .i. uiſio illuminãs, q̃ fuit Moyſi, nã aliorũ ꝓphetarum uiſio erat אספקלריא שאינה מאירה .i. nõ illuminãs, & ea dr̃ terra, nõ nihil mẽtionis in primo ſermõe de iis habitũ eſt. Eq̱dẽ mihi recte uideor credere ob id ſapientes nr̃os dixiſſe, Aſpectus Moyſi ſicut aſpect⁹ ſolis, & aſpectus Ioſue ſicut aſpect⁹ lunę. In creatiõe igiť ſenſibiliũ utiť de⁹ hoc ſymbolo ĩtelligibiliũ ויהי כן ut deſignetur miniſteriũ angelorũ rebus naturalibus cõcreatũ ſub noĩe comuni Michael tanq̃ ſpeciei angelicę appellatiuo, q̃ p̱ eã orõnem ויהי כן in ſequẽtibus q̱nq; dierũ op̱ib⁹ re-
I citatã iuxta primã Cabaliſticę artis partẽ æqualitate numeri ſymbolice ſignificatur, p̱ q̊d inſtituimur q̧ oẽs angeli ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ſingula porro corp̱a ſiue cœleſtia ſeu terrena, ꝓprios habẽt rectores uirtutũ ac p̃fectos op̱ationũ, tã ea q̃ ſũt rationalia, ut cœli, ſtellę, hoĩes, q̃ q̃ irrõnalia ut beſtiæ ac elemẽta. Philoſophis nẽpe tũ primũ peripateticis id probatur q̊d cœlũ

quodlibet ſphęricũ p̃ter formã ſuã eſſentialẽ habeat aſſiſtentẽ ĩtelligẽtiã orbis ſui motricẽ, q̃ uocatur angel⁹, eo ꝙ ad hoc officiũ miſſa, intelligẽs & uolẽs cõplet iuſſa creatoris, tanq̃ inter deũ & naturã uirtus media a qua fiunt opationes in rebus quas natura earũ uel nõ faceret, uel nõ ſic faceret, quas alii prouenire dicũt a proprietate occulta & alii q̃ tale. Mot⁹ em̃ cœlorũ & ſtellarũ quãq̃ naturaliter eſt circularis, tñ ab oriẽte moueri ad occidentẽ uel ecõuerſo nõ naturę eſt ſed uolũtatis, At habet liberã uoluntatẽ angelus, natura uero ad certũ ſolũmodo inſtinctũ coartatur, unde ſemper agit eodẽ modo, Angeli aũt nõ mouẽt orbes ſemp̱ eodẽ modo. Quo fit ut nõ ſemp̱ eodẽ modo fiãt mutatiões horũ inferiorũ. Maximã nãq; uim ac poteſtatẽ angelica exercet conditio in res corporeas, quapropter intellectus agẽs a q̃ influũt formę noĩat angel⁹ teſte Rabi Moyſe Maimoni & appellat̃ שר של עולם .i. p̃fectus uniuerſitati, ut dixerũt ſapiẽtes nr̃i, uocat̃q; Metattron, a q̃ q̃dẽ gubernãtur oẽs uirtutes ſingulares humanę aĩales & naturales q̃ pariter angeli dicũtur, eorũ eſt multitudo q̃ ad nos ĩfinita, ſed q̃ ad creatorẽ certa terminata & finita. Cuius rei Breſith Raba meminit ubi legit̃ ꝙ creator q̃tidie creat cœtũ angelorũ, q̃s alii uocãt formas, ꝙ ſint ſubſtãtię formales q̃bus tota ſphęra generabiliũ & corruptibiliũ abſq; numero plena eſt. Haud ſecus atq; ueſter q̃q; recepit Heſiodus, in opibus em̃ & dieb⁹ ſic ait. τρὶσ γὰρ μύριοι ἐσὶν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ ἀθάνατων ζηνός, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων οἵρα φυλάσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα· ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν .i. Ter em̃ decẽ mille ſunt ſup̱ terra multos paſcẽte ĩmortales Iouis, cuſtodes mortaliũ hoĩm, q utiq; obſeruãt & iuſticias & miſerãda facta, aerẽ ĩduti ubiq; eũtes ſup̱ terrã, Quorũ inſtar in hoĩe duas uolũtatis potẽtias, noĩant duos angelos יצר טוב ויצר רע .i. autorẽ boni & autorẽ mali, ut in מדרש תנחומא legit̃ quẽ citat rabi Aſſe in ſua collectura. Eiuſcemodi autem Heſiodios cuſtodes corp̱i coaſſiſtẽtes latini ſpiritus nũcupãt, eorũ q̃ſq; ſollicitudini negociorũ inferiorũ deſtinatus fuerit Mamona ſeu Mamon dicit̃, quẽ gręce dęmona ſeu dæmon uocãt, nõ utiq; in malã partẽ. Sane aliud q̃dẽ eſt dęmõ aliud dęmoniũ, q̃d a nobis putat̃ diuinitatis extenuatiuũ eſſe, quapropter diminutiue a diuinis excluditur, q̃q̃ plane fateor Homero & uetuſtiſſimis ſcriptorib⁹ aliũ eius uocabuli uſum fuiſſe, q̃rũ multi de Socratis dæmonio laudãda & uenerãda p̃dicarũt, q̃d Apuleius de deo Socratis ĩterp̃tatus eſt. Qꝫ aũt latini uocarũt ſpũs inſtar uẽtorꝫ, a nobis originẽ ſumpſit q eoſdẽ רוחות appellamus. De q̃b⁹ Rabi Tedacus Leui in lib. de decẽ numeratiõib⁹ poſt explanatos q̃tuor uẽtos aq̃lonarẽ, meridionalẽ, orientalẽ & occidẽtalẽ, tandẽ ſic ſcribit ולאלו ארבע רוחות ברא ארבע מלאכים דממונין עליהון ביומה ובלילה .i. Et illis quatuor uẽtis creauit quatuor angelos q p̃fecti ſũt ſup̱ eos ĩ die & ĩ nocte. Deinde ſeq̃tur eodẽ autore ꝙ Michael q eſt de parte clemẽtię ac miſe


rationũ cõſtituitur Mamona.i.p̃fectus ſup uentũ orie͂tale͂ uſq; ad dimidiũ
diei,& uſq; ad nocte͂.Regitq; uentũ occide͂tale͂ Raphael q ſimiliter eſt de
parte cleme͂tię.Tũ Gabriel in uirtute iudicii et ſeueritatis p̃fectus eſt cũ ue͂
to boreali ſup dimidiũ noctis & duas menſuras mũdi.Noriel uero p̃ſidet
auſtro.Hucuſq; Tedacus Leui.Cęterę plures illi ſub ſe ſpecies habe͂t quas
liber סודות.i.arcanorũ continet,& in Porta lucis ita legitur כי מן
הארץ ועד הרקיע אין שם מקום פנוי אלא
הכל מלא המונים מהם, טהורים מהם בעלי
חסד ורחמים ויש למטה במה בריאות
טמאות מזיקות ומקטרגות וכלם עומדים
ופורחים באויר ואין מן הארץ ועד הרקיע
מקום פנוי אלא הכל המונים מהם לשלום
מהם למלחמה מהם לטובה מהם לרעה
מהם לחיים מהם למות: וכל זה במדור
התחתון שאנו בו: .i.Q; a terra uſq; ad firmame͂tũ nõ ibi loc9
uacuus,ſed om̃e plenũ formis.ex illis purę.ex illis capaces gratię ac miſera
tionũ,& ſunt iferi9 multę effigies fœdę,noxię,te͂tatrices,& oe͂s cõmora͂tes
& uola͂tes in aere.Et nõ a terra uſq; ad firmame͂tũ locus uacuus,qn totum
ſint ſpe͂s,ex iis ad pace͂,ex iis ad bellũ,ex iis ad bonũ,ex iis ad malũ,ex iis ad
uitã,ex iis ad morte͂.Et oe͂ id in habitatiõe inferiori in qua nos ſumus,hæc
Ioſeph Caſtilie͂ſis.Sed abſit a ſancto propoſito noſtro ut multa de ſquale͂
tibus & turpiſſimis dęmonibus illis humani gñis hoſtibus q̃ dicũtur cõtra
rię fortitudines diſputare pgamus,uel q ſupiore͂ regione͂ puagari putant,
ignei,uel q propinquo nobis aere oberrãt,uel q terreni terreſtria territãt,
uel q lacus & fluuios habitant,ac ſępe ipſum mare quatiũt,uel q ſub terra
illos qñq; iuadũt,q puteos effodiũt & metalla,ite͂ hiatus terræ prouocãt,
flammiuomos ue͂tos agitãt,& fundame͂ta cõcutiũt,extremũ, q oĩa lucis ac
ſple͂doris fugiũt inpſcrutabiles & penitus tenebricoſi,q nõ modo gen9 hu
manũ uerũ etiã bruta uexãt,ſermones ſuos abſq; ſonitu igere͂tes.Aduerſ9
q̊rũ machinatiões ſunt ex noſtris q multa ſe arbitrãtur exptos,ac nõ dubi
tãt & bonos ſpiritus mulce͂do attrahere,& malignos oppoſitis paſſioĩbus
ppulſare,ſacris & diuinis rite noĩbus ac characterib9 ſuffulti.Iube͂t hoĩem
futuris piculis expone͂dũ recipe me͂branã tenuiſſimam q̃ dicitur uirginea
tanq̃ ſyncera mũda & imaculata,ut p̃ſagiat actoris puritate͂,tũ deinde hos
characteras inſcribere ſic צמרכה at extra in hiſpidiore folii parte ſi
gna q̊q; hęc בורון qua ligatura firmiſſime ſperante͂ in deũ uniuerſitatis
creatore͂ pcipiũt nullas formidare puerſorũ hoĩm machinatiões. Id ita pã
dunt myſteriũ,ſunt em̃ ſymbola primorũ qnq; uerſuũ Geneſeos,tã capita

q̄ termini iuxta ſecūdā cabaliſticę artis partē. Scripſit q̄ndā de phyſicis liga turis Coſta Ben Luca res nō phyſicas tn̄ exp̄ientia ut opinant̄ ꝓbatas, qui ait, Auricularis digitus abortiui ſi mulieris collo ſuſpēdat̄, nō cōcipiet dū collo hærebit, at nūc uerba qb⁹ creator oīpotens fecit cœlū & terrā alliga ta, nū putauerit inqunt aliqs nihil poſſe? Sane multū ꝓfecto credūt meę ſectæ hoīes magno magiſtro Rabi Aſſe, q ſcripſit in ספר היתיר ꝙ uolēs petere ac īpetrare optata cōuertat ſe ad clemētiā & miſeratiōes dei utēdo iis characterib⁹ אנקתם פסתם פספסים דיונסים q̄ inueniunt̄ eſſe digna ſacrę ſcripturę memoracula, cuiuſmodi habent̄ & alia cōpluria qbus ferme oēs Cabaliſtarū libri ſunt referti. Studēt q̊cꝫ alii ė diuinis literis ſigilla illuſtria fabricare, q̄ cōtra hoīm aduerſas ualetudīes & reliquas moleſtias ualeāt diuturno uſu probata, Veluti eſt illud uerbi cauſa, q̊d Rab Hama in lib. Speculatiōis ex quatuor nō magicis ſed ſolēni bus & cōibus ſacris noībus compoſuit qn potius cōpoſitū a patribus rece pit יהוה אדני יאי אהיה Eſt aūt יאי cabaliſtice idē q̊d El. Accipiūt igit̄ eius ſcientię artifices primū characterē primi noīs, & primū ſecūdi, & primū tertii, & primū quarti, fitcꝫ ſigillū primū יאיא Deinde opant̄ pari modo circa ſecūdas quatuor noīum ſacratiſſimorū lr̄as & orit̄ הדיה Tertium ſigillum ita cōficiunt, tertias quaſcꝫ lr̄as coniūgunt & naſcit̄ ונאי Poſtremū eodē more copulāt ultīa & exurgit quartū ſigil lū q̊d eſt היה Horū quatuor ſigillorū intētio eſt יהוה אלהינו יהוה אחד .i. Dn̄s deus noſter dn̄s un⁹, & hęc inqunt eſto quatuor ſimul iūctorū ſigillorū ſupſcriptio. Demū in membranę tergo depingunt אראריתא q̊d iterp̄tāt̄ ſic אחד ראש אחדותו ראש יחודו תמורתו אחד .id eſt. Vnum, principium unitatis ſuę, principium ſingularitatis ſuæ, uiciſſitudo ſua, unum. Et intelligitur uiciſſi tudo hæc literaria ſecundum tertiam Cabalę partem. Stant itacꝫ cum ſigil lis & inſcriptiōibus corā altiſſimo mēte deo deuota, & q̄libeat bn̄dictionē de illis decē octo bn̄dictiōibus, aut in aliis iuſtis p̄cibus cōtentā poſtulaue rint, infallibiliter ſe īpetrare ſperāt, oēmcꝫ uel cœlit⁹ imminētē ſæpe ſortē frāgere, uel Adraſtiā .i. diuinarū legū ineuitabilē poteſtatē orōnib⁹ ſacrorꝫ uerborū mitigare poſſe cōfidūt. Nā haud modo characteribus & figuris, uerū etiā uerbis & carminibus bene initiatū Cabaliſtā putāt quęuis tū q̄ ſint admirāda efficere, q̊d & ueſtri q̄dā poſſe fieri cōfitent̄. Plotinus eṁ de dubiis aīę libri ſecūdi cap. xxxv. enumerat quatuor qb⁹ mirabilis inſit uirt⁹ ſcilicet, qualitates ſpecierū occultas, & figuras, & cōcētus, & uota. Porphy rius etiā & Iāblichus aiūt p deū ꝓprie, pcꝫ bonos angelos aduerſus infi mos ſpiritus īperiū nos habere, nec īuenit̄ ullū in orbis terrarū ambitu ge nus hoīm q̊d in hāc ſentētiā facilius eat q̄ ut fama eſt diuiniores chriſtiani, q noībus & figuris dęmonia eiiciūt, & manus ſupra ęgros īponūt, & bene habēt, & mortifera ſanāt, & miracula conſimilia opant̄. Sed (ut aſſerētib⁹

illis uera loquar) oĩa ea fidei potius tribuũt, quanq̃ & orõnibus nõnullã eſſe inſitã poteſtatẽ opinant̃. Dicũt em̃ atq; credũt φ orõ fidei ſaluabit infirmũ, neq; aliter idonei Cabaliſtę ſentiũt, q pariter affirmãt opatiões miraculoſas ex ſolo deo, & ab hoĩs fide pẽdere. Mẽdaces igiť & ſtultos eſſe illos ,pnũciãt q ſoli figurę, ſoli ſcripturę, ſolis lineamentis, ſolis uocibus aere
M fracto natis, tãtã miraculorũ uim & poteſtatẽ cõcedãt, ut teſtať Rabi Moyſes ægyptius in libri pplexorũ primi capite lxxii. Ad hæc nõ ſolũ, inqt Philolaus, Hebręorũ Cabaliſtę ſed etiã Gręcorũ pſtãtiſſimi multũ ſignaculis & ſigillis fidei tribuerũt. Antiochus em̃ cognomẽto Soter cũ eſſet in expeditiõe cõtra Galatas uiros fortes & militũ innumerabili cõcurſu munitos, pliũ difficilimũ cõmiſſurus, qñ iã ut de eo Lucianus ſcribit πάνυ πονηρὰς ἔχ τὰς ἐλπίδας: noctu uidit p ſomniũ aſſiſtere ſibi Alexãdrũ, iubereq;, ut militib⁹ ſuis ante pugnã pro bellica teſſera ſignaculũ q̊ddã ſanitatis ediceret, p q̊d ſibi cõtingere uictoriã pollicebať. Id erat eiuſmodi q̊ in ueſtibus inſignirenť, ut idẽ Samoſatẽſis de cõpellationis errore notauit τριπλοῦν τρίγωνον δι᾽ ἀλλήλων τὸ πεντάγραμμον. i. Triplex triãgulus inter ſe qnquilinearis. Antiochus aũt ſigno eo leuato mirabilẽ aduerſum Galatas nactus eſt uictoriam.



Ego ipſe ,pfecto illud pẽtagoni ſymbolũ ſępe in Antiochi argẽtea moneta pcuſſum uidi, q̊d reſolutũ in lineas oſtẽdit uocabulũ ὑγίεια .i. ſanitas. An nõ in rẽ erit, Marranus inqt, id q̊d Magno Cõſtãtino q̊ndã dei ſignũ (ut tũc appellabãt crucẽ) in ipſa meridiei hora corã oĩ exercitu ſupne apparuit latinis lr̃is inſcriptũ ſic. In hoc uince. Et uicit qdẽ Cõſtãtinus eodẽ ſignaculo, atq; tũc plauſu populi Romanorũ Impator lectus ac ſalutatus, oĩumq; impatorũ inuictiſſimus fuit cognoĩatus. Quãtũ igiť ualuerũt ſigilla & ſigna-



N cula teſtes erũt ſummi uiri, Iudęis Machabęus, Gręcis Antioch⁹, Romanis Cõſtãtinus. Nec te fallit, Simõ q̊d de Chriſtianis paulo ante loquutus es. Nã ea gente nihil ſub hoc ſeculo eſt in opificio ſignorũ, characterũ & uocũ admirabilius, q figura crucis & noĩe Ieſu ſiſtũt maria, uẽtos mitigãt, ſulmina repellũt. Eſt pterea charactere illo & effigie crucis nihil etiã fortius, & in piculis nihil magis ſalutiferũ, quanq̃ non aliã (ut libere fatear) ob rẽ niſi φ ueri Saluatoris ſymbolũ extãt, ſicut uobis dei ſymbolũ eſt nomẽ illud Tetragrãmaton. Quodq; Cabaliſtę poſſunt in noĩe ineffabili cũ nup a te mõſtratis ſigillis & charagmatis, id multo ualidiore modo poſſunt fideles Chriſtiani p nomẽ IESV effabile cũ ,pprio ſignaculo crucis, cũ ſe arbitrẽť nomẽ tetragrãmatõ lõge recti⁹ ,pnũciare in noĩe יהשוה ueri Meſſihę, ad hoc citãt id q̊d in Midras Thillim ueſtri ſcripſerũt אמר

ר׳ יהושע בן לוי בשם ר׳ פנחס בן יאיר
מפני מה מתפללין ישראל בעולם הזה ואינן
נענין על ידי שאינן יודעין בשם המפורש׃

.i. Dixit Rabi Ioſue fili⁹ Leui allegãdo magiſtrũ Pinhes filiũ Iair. Propter

qd orãt Iſrael in mundo iſto & nõ exaudiunt. Propterea ꝙ nõ nouerunt
Sẽhamaphores.i.nomẽ tetragrãmatõ,hęc ibi. Tũ Simõ. Fortaſſe tu,ſed qd
uerbis? certe hãc figurã crucis ſapiẽtiores Cabaliſtę ad lignũ ænei ſerpẽtis
in deſerto erectum referre uolunt,licet ualde ſilenter, & occulte, idq; per
גימטריא .i. p ęqualitatẽ numeri. Horũ nãq; צלם .i.crucis & עץ
.i.ligni, characteres,utrinq; cẽtũ & qnquaginta ſymboliſſant,quare facilis
de altero ad alterũ fit trãſitus de cruce ad lignũ,& de ligno ad crucẽ. Sed
digito cõpeſco labellũ. Tpis anguſtia coartat optimi amici ut minus q̃ uo/
lui dixerim,& me fruſtror tñ ægre meo gaudio illo excreſcẽti de ornamẽ
to & dignitate orõnis ueſtrę cũ in tã dẽſa nocte qñ cubãdũ eſt defecero,q
nõ tanq̃ ſophiſtę uulgari nugatorio & exili ſermõe,neq; gladiatorio cer/
tamine uerborũ aut cõtẽtione opinionũ hactenus mecũ diſputatis,ſed ac/
curata & acuta dicendi rõne,ſentẽtiis rei de q̃ agit̃ aptis & accõmodatis, ut
optarẽ maiora nobis dierũ ſpacia cõcedi. Nemo.n.de arte cabaliſtica puo
momẽto ſatis dicere põt,tãtę ſunt res,tã altę,tã ĩnumeræ,tã diſcriminoſæ,
ut oporteat ſũmis ĩgenii uirib⁹ niti quẽlibet ei⁹ cauſæ auidũ & ſtudioſum.
Et circũſpicere nõ modo qua ĩduſtria ſit addiſcẽda ſed etiã q̊ ſit piculo mo
derãda & exercẽda. Nã cũ ea ſciẽtia ſit & rerũ ſpiritualiũ & ſpiritualis,nec
poſſit hõ facile de ſpiritibus afferre iudiciũ is etiã cui eſt ĩter angelos & dę
mones iudicãdi cõceſſa poteſtas qualibet diſcreta pẽſiculatiõe uel uſq; ad
ęquatã regulã, ꝓfecto nõ ſine multa utiq; formidine ac niſi purgatis ante
morib⁹ iſti facultati & iſti exercitio recte incũbit̃ ne Balaã ꝓphetę ſortẽ pa
tiamur,ne uiuẽtiũ matrẽ imitemur,ne ſub figura lucis tenebras ſequamur
Metuite uobis ab iſtis fulmine deiectis ſpiritib⁹ & ſęuiſſimis hoſtib⁹ nr̃is,
atq; credite mihi,ferũt ĩter nos mortales ut angeli ſic diaboli uexilla quiq;
ſua. In exercitu dei q̃tuor añſignani מיכאל גבריאל אוריאל
רפאל .i. Michael. Gabriel. Vriel. Raphael,ĩſtar elemẽtorũ quatuor,ſe
cũdum quatuor ſitus,aut iuxta quatuor numerationes ſpirituales,ut quõ
dam filii Iſrael quatuor uexillis proficiſcebantur Numeri ſecũdo. Ad ori
entẽ Iudas,ad meridiẽ Ruben,ad occidẽtẽ Ephraim,& Dan ad aqlonẽ. In
exercitu pariter Satanæ latiſſima gerunt ſigniferi ultores uela סמאל
עזאזל עזאל מחזאל .i. Samael. Azazel. Azael. Mahazael,de
qb⁹ Mnahem Racanat Leuitici xvi.& ĩ lib.primo Pẽtateuchi ſermonẽ tra
ctat,q̊ in loco & Thargũ Ionathã ipſe ſup Geneſim allegat. Deinde adhuc
magnę crebreſcũt turmę demoniorũ & legiões tartari ꝓfugę ac fugitiuæ
oẽs portionẽ ſuã habẽtes in capro emiſſario,q̃ ꝓpter eorũ fœditatẽ & hor
rorẽ hic recẽſere omittã,quãq̃ multa pars ĩ ſacra ſcriptura cõphẽdunt̃
Sed cũ ꝓuerbio cabaliſtarũ dicẽdi finẽ nũc facio המשכיל יבין .i.
prudẽs intelliget,ſi etiã hoc addidero ꝙ ſicut Michael הוא הכהן
הגדול .i. Ille ſacerdos magn⁹ ſacrificãs in mũdo ſupiori,aĩas hoĩm im/

maculatas deo bn̄dicto p̄ſentat, imūdas aūt & uitiis oneratas ad diabolum mittit, ita pōtifex ī mūdo īferiori ut ſcriptū eſt in leuitico iubet aīalia mūda & īſontia offerre deo, crimibus aūt & noxarū mole onerata, tradere Satanę, q̊d & Cabaliſtę ſedulo approbāt dicētes כי כל העניינים התחתונים הם מגריים לעליונים וכפי העשות למטה כך נעשה למעלה .i. Q: oēs res inferiores ſunt rep̄ſentatiuę ſupiorū, & uti fit inferius ſic agit̄ ſupius. Portēdūt hæc aliqd & uirtutibus debitū & uitiis, ut cauēdū cuiq; ſit q̊ uiuat & q̊ moriat̄ modo. Tota nanq; philoſophia noſtra hæc eſt, ut bn̄ uiuēdo, bn̄ moriamur, ne forte ſua portio futuri ſim⁹ tartaro & ultricibus furiis omī fruſtrata ſpe, atq; tū eueniat malo male. Nūc q̊d ualde diſcruciat puto diſcedēdū nobis eſſe qn̄ a mane ad noctē ſupra q̄ decuit multiloqu⁹ uobiſcū fabulor. Nā ut de me humaniter cōiecturā facio, ita nō indigne de uobis iudico q̧ dormitū ſopor abire ſollicitat. Tū illi. Diuellimur adeo moleſte inqunt abſte Simō, optātes ꝑpetuo te audire, q̄obrē de multilogo ne uerbū qdē. At q̧ ita iubes morē tibi gerimus & abimus, redituri ad te in craſtinū, niſi tibi incōmodū eſt. Ad hæc Simō ait. Nequeo cælare amicos uos q̄d mecū cōſtituerim. Cras ad lōginqua migrabo uocatus nuptiarū cauſa qm̄ patruus uxorē Ratiſponte duxit, q̄ res bn̄ uortat. Tū Philolaus, Vrgerē inqt totis uiribus ut maneres niſi non æquū eſſet, qn haud modo nobis (fateor) nati ſumus, partē noſtri, amicis ſuo iure locamus. Igit̄ gratias tibi agētes fauſta p̄camur itineri tuo tuiſq;. Hic Marranus una mœrore tact⁹ Vade inquit ſiniſtris auibus proſpere fœliciterq; amiciſſime Simon atq; uirorū optime. Interea finem nundinarum Frācofordienſium expectare cogimur, ut cum mercatoribus noſtratibus ab hoc emporio in patriam quiſq; ſuam tutius remeare queamus. Tum Simon de more gentilicio inquit, Pax uobis. Ad quod ambo iſti. Vale aiunt, I decus, I noſtrum.

Habes ſanctiſſime LEO DECIME a Capnione humili ſeruo tuo, breui compendio recitatas in ſymbolica Pythagoræ philoſophia, & Cabalæ ſapientia ueterum opiniones atq; ſententias, exigui licet numeri, tamen quæ ſtudioſis multo amplius cogitādi ac inueſtigandi anſam p̄beant. De quibus ego mediocris ingenii & minutæ prudentiæ homo nihil iudicare auſim, nec ſane iudicauero. Sed totum hunc librum tuæ ſubiicio autoritati, cuius in arbitrium collata eſt totius mundi cenſura, ut quæ diſpliceant reiicias, & tum lætabor cætera placuiſſe, Conatum hunc certe meum quem & noſtri & Reipublicæ cauſa ſuſcepiſſe me potes exiſtimare, uideri tibi nō plane improbum confido, tum q̧ aliena meo labore noſtris pateant, tū q̧ hoc Semeſtri legēdis illis id quinquenne bellū quod aduerſum me hoſtes mei te ſciente gerūt, ſi omnino nequibat uitari at leuare ſtuduerim, tū deniq; ut & meorū eſſet apud te aliquid quo ſit beneuolētior memoria noſtri tua, quoties paternū erga me animū tuū frangere ac auertere inimici moliunt̄. Non em̄ intermittūt (ſcio) quotidie ſuſurris attentare pias aures tuas, modo per proxenetas cōducticios, modo per epiſtolas, ut quas ad te proxime xiiii. Kal. Octobres ex Agrippina Colonia datas nuper legi, quarū ſimul cū falſa delatione titul⁹ etiā mentit̄ autorē. Non em̄ tā colēda Colonia tā eius uenerāda Vniuerſitas, ſed particularitas & q̄dā inimicorū ſingularia colluuio minimaq; pars ciuitatis & ea inſanior, hoc facinus fecit ut tuæ ſanctitati affirmarent quæ uera non ſunt, idq; contra Inhibitiones

apoſtolicas,& contra mandatā Cæſaris pacē. Vides etiā quanta in eiſdē literis audaciā
tanq̄ Solonianas tibi leges p̄ſcribere,fontēq; iuris docere p̄ſumāt qua oporteat uia in
iudicio ad nutū & uoluntatē eorū procedere,ut facilius me ſordibus uincāt,quaſi non
iā certa toti ferme orbi habeat innocētia mea. Vn̄ adduci non poſſum ut ſuſpicer iſtis
te fidē habere q deſpecta Inhibitiōe apoſtolica,& cōtemptis cēſuris tuis q̄ minime ob
ſeruato iuris tramite libellū meū lite pēdēte cōbuſſerūt. Credes uero potiꝰ grauiorıbꝰ
uiris Alemaniæ ſupioris om̄i exceptione maioribꝰ,ꝙ nullū ſcādalū poſui,nullā ruinæ
occaſionē paraui corā ulla plebe Germanorū qui mihi eiuſdē linguæ ſocietate iuncti
ſunt,in qua lingua iſtis Belgis ignota Conſiliū meū illud Camerariū cum plana eius
declaratione uno contextu certe ut decebat edidi,ac ſecure quidē credere potes, eoq;
firmius quo de mea innocētia,pietate,fide,integritateq; a pluribus illuſtriſſimis latiſſi
marū terrarū noſtræ natiōis regnatoribus. Magiſtratibus,populiſq; Germanorum, &
ſanctiſſimis Dioceſium noſtrarū Epiſcopis oppidis & ciuitatibus ferme triennio ante
per literas obſignatas,& fide dignas factus es certior. Extant penes te ab inuictiſſimo
Romanorū electo Imp. Maximiliano Max moleoni tibi, & a reuerēdiſſimo Cardina
li dn̄o meo Gurcenſi pro mea innocentia terq; quaterq; oblata teſtimonia. Dederunt
& poſt Epiſcopos illuſtriſſimi prouinciarū præſides atq; duces nobiliſſimo ſanguine
prognati. Electores Imperii Fridericus Saxoniæ.& Ludouicꝰ Bauariæ Interrex,& dux
Virtembergenſis ,& Marchio Badenſis princeps,& ſtrenuiſſimꝰ Magiſter ordinis Teu
tonicorū. Et e regiōe horū Reuerēdi ac deo amabiles Germaniæ pōtifices. Epiſcopus
Vormacienſis,Epiſcopus Argētinēſis. Epiſcopus Conſtantienſis q me ouem ſuā paſtor
agnoſcit.et Epiſcopus Spirenſis ille a tua ſanctitate huic liti datus iudex,qui autoritate
tua functus,de cōſilio peritorū pro mea & ſcriptorū meorū innocētia diffinitiuā tulit
ſententiā. Cum illis dederūt pariter quinquagita tria Sueuiæ oppida,oēs officioſiſſimi
fortiſſimi,& integerrimi uiri,cōmendaticias epiſtolas & literas recte fidei,probitatiſq;
meæ indemnitatiſq; teſtes. Addūt illorū teſtificationi robur & pondꝰ inſigni doctrina
& grauitate prælati eccleſiæ, quos Reuerēdiſſimis cauſæ noſtræ iudicibꝰ Grimano &
Anconitano Cardinalibꝰ,orthodoxę fidei columnis tāq̄ periſtylia iunxiſti ſenatorios
aſſeſſores,mūdi lumina. Archiepiſcopi,Epiſcopi,Ordinū generales,& eorū Procurato
res. Sapiētiæ Romanæ magiſtratꝰ. Pœnitētiarii, & alii theologiæ atq; iuris lectiſſimi
Doctores,ꝓ ſuis ſingulorū dignitatibꝰ in hiſtoria de tpibus meis nominādi, q tot ſeſſi
onibus publicis in tuæ Maieſtatis domeſtico ſacrario quā Capellam Pontificiā uocāt
habitis ,ſemp agēte rem meā ut oīa ſolet fideliter oratore iuriſpitiſſimo Ioanne Van
derbico tā equeſtris ordinis nobili uiro q̄ in cauſarū patrociniis diſputatore acerrimo
& eodē Procuratore meo,tandē in ultima ſeſſione cauſa plene cognita per ſentētias
ſcriptis editas decreuerūt me ab hac pſequutiōe iniurioſa liberādū eſſe ac abſoluēdū,
Nec ulli dubiū qn diffinitiua q̊q; paris oraculi ſentētia reuerēdiſs. Iudicū ut debuerat
ſecuta fuiſſet,niſi tūc mādatū de ſupſedēdo abſte ut dicebāt accuſatores impetraſſent.
Eorū oīm quos iā citauimus undequaq; teſtimonia & uota ſi recordaberis,& acta iudi
ciorū ſi corā te legi curabis, plane inuenies me ab omni delatorū inſimulatione prot
ſus alienū. Aſſilit huic meæ puritati tota ferme urbs Romana, & cūctarū nationū oēs
doctiſſimi,quorū ego decretales quotidie lr̄as accipio, etiā a finibus orbis ,cōfirmātes
me nullis hoībꝰ ſcādalo fuiſſe unq̄ ſcriptis meis,qn me potius ædificare in dies, planta
req; uariis linguis eccleſiā ſpiritui ſancto,q per diuerſitatē linguarū cunctarū gentes in
unitate fidei cōgregauit, Animaduertūt nimirū ꝙ ego primꝰ oīm græca in Germaniā
reduxi,& primꝰ oīm eccleſiæ uniuerſali artē & ſtudia ſermōis Hebraici cōdonaui atq;
tradidi,q̄re ſpero me nō fruſtra ſperare poſteritatē eccleſiaſticā meritis meis futurā nō
ingratā, teq; p̄ſentē Beatiſs. LEO Pont. Maxime rerū magis q̄ uerborū æſtimatorē
ꝓ tot & tā duris laboribꝰ meis in orthodoxā fidē bn̄ficii loco collatis,pacē mihi & ani
mi trāquillitatē iuſte redditurū. Sin me uero cupias in hac uita malorū pſecutiōi ppe
tuo ſubiacere,uehemēter gaudebo uideri dignꝰ q tātas ꝓ Chriſto nr̄o iniurias patiar.

¶ Hagenau apud Thomam Anſhelmum Menſe Martio. M. D. XVII.

EX LIBRIS
K.

XIII [illegible]

Esra
Simeon
Antigonus – Zadok u. Bethus
Joseph filius Joetzer
Joseph filius Johannan – Jerusalem.
Josua filius Parakiah
Jesus Nazarenus u. Nithai v. Arbela
Juda Ben Tabai & Simeon Ben Sotai
Semesa – Abtalion
Hillel & Samai
Rabban Jochanan Ben Sachai